ROMVLI AMASAEI

ORATIO

HABITA IN FVNERE

PAVLI. III. PONT. MAX.

ALEXANDRO FARNESIO S. R. E. CARDINALI VICECANCELLARIO

POMPILIVS AMASÆVS

S. P. D.

DECREVERAM post Romuli Amasæi patris mei obitum, omnes eius lucubrationes, quas nõdum in lucem editas ac multas quidem reliquit, primo quoque tempore diuulgare: Cum officii mei ac pietatis esse ducerem, eius qui mihi uitæ huius luciſq: autor fuiſſet, memoriam in hominum animis renouare, quaue maxime poſſem ratione famæ perpetuitati conſulere: Tum etiam quod me non parum adiumenti Latinæ linguæ ac eloquentiæ ſtudioſis, cuius nõ mediocrem is inter æquales ſuos omnium conſenſu, tam in ſcribendo, quam ex tempore loquẽdo laudem conſecutus fuerat, allaturum ſperabam: ſi minime contemnenda quæ ad imitandum, ſibi ex noſtri temporis uſu proponerent, cum ipſis illarum facultatũ exemplaria communicarem. Quapropter quicquid hactenus à multis uariiſque occupationib. mihi ſucciſiui temporis fuit, totum id partim in proprijs quibuſdam commentationibus

meis ad ſtudioſorum itidem utilitatẽ, partim in patris ipſius lucubrationib recenſendis, ad certumque ordinem redigendis conſumpſi. Quod ſane opus difficile perplexumque fuit. Erant enim ea (quod homo aſsidue preter interiora ſtudia ſua, docendiq: munus, plurimis fuerat publicis negocus Bononiæ primum, deinde Romæ diſtrictus) obſcurius confuſiuſque ſcriptæ. Itaque mihi, utpote qui eius & ſcribendi, & ſcripta etiam ſua emendandi, liturisq: obducendi totam rationem norum, ut eas librariis, uel impreſsorib. explicatiores dilucidioresq: traderem, propria fuerunt manu deſcribendæ. Quod cum abſoluiſſem, ſtatueram omnes in unum idemque uolumen conlectas, ac ſimul iunctas & connexas impreſſorum typis excudendas curare. Verum ab hac me opinione amici complures remouerunt: Cum dicerent, lentum id longioriſque temporis negocium fore, ac diuturniorem hominum expectationem de operis ipſius gratia non parum detracturam. Satis adhuc æplus etiam quam oportuiſſet, moræ interiectum. Se uero mihi ſuadere, ut ab eo potiſsimum libro, qui omnium ipſius abſoluti ſsimus ornatiſsimuſque uideretur, ordirer: Tum deinceps alios atq: alios ſubiungerem. Hinc futurum, ut diuerſarum & crebriorum editionum nouitate maiorem in dies ab elegantib. literatiſq: hominibus gratiam inirem.

Mou

Monitime cum amicorum autoritas, tum ipſa etiam ratio, ac eorum ſententiæ mihi omnino parendum cenſui. Subit uero mentem patris conſilium, de oratione quamprimum publicanda, quam in PAVLI .III. PONT. MAX. funere habuerat, poſteaque (ut perpetuo pie, ſancteque illius præclariſſimi principis memoriam colebat, ſeduloque tuam ſibi gratiam demereri ſtudebat) ſumma diligentia expoliérat. Quod cum præueniens mors irritum reddidiſſet, id me ſuperſtitem tam exequi, ac mihi mihi antiquius eſſe debere cenſui, quam ut oratio ſimulatq: hoc perficiendi facultas oblata eſſet, tui perilluſtris nominis munita protectaque autoritate appareret. Atque ad id quidem poſteaquam conſilium cum illis meum communicaui, laudationemq: inſpiciendi copiam eis feci, aſſiduos hortatores habui, ampliſſimos homines eosdemq: clientes tuos, Antonium Achum, Michaelem Turrium, Antonium Bernardum, Io. Antonium Fachinetum, Thomam Lilium, quos omnes Pontificu honoris, uitæ integritatis, præſtantiſque doctrinæ cauſa nomino, Cumq: his Io. Angelum Papium, clariſsimum celeberrimæq: per omnem Europam famæ legum interpretem, Quem uere Oratorum iuris peritiſsimum, iuris autem peritorum eloquentiſsimum noſtra hæc ætas appellarit. Tum uero Camillum Palæotum & Franciſcum

ciscum Bolognetum Bononiæ Senatores, ambos eximia probitate, morum elegantia & eruditione insignes: Qui etiam olim una mecum, à Romulo patre Pausaniam edendi sibi munus depopoſcerunt, imprimendumq; curarunt. Orationem hanc igitur de illius plane diuini principis, tuis met ipsius, totiusque præcelsæ familiæ tuæ ueriſsimis laudibus, hiſtorica potius fide, quam laudationis ritu commemoratus, foeliciſsimis auſpiciis tuis in uulgus profero, eandemque amplitudini tuæ in manus dedo & dedico · fidei tutelæq: tuæ commendo. Decet enim tibi olim orationis ipsius auctoris, nunc superſtitum filiorum, domuſque ac fortunarum noſtrarum Patrono munus illud offerre, quod tuum ueluti Prædium ad FARNESIÆ gentis gloriam decuſq: protulit: Cui & Romulum ipsum, & Romuli prolem perpetuo præcipueq: inſeruire uoluiſſe, & id ipsum, & alia literarum monimenta, quæ propediem ex lucubrationum noſtrarum quaſi penu in lucem fauente DEO depromentur, ut præſentibus poſteriſq: fidem faciant, fore confido. Vale Ampliſsime benigniſsimeque Patrone diu fœlix.

BONONIA. VIII. Kal Decembr.

MDLXIII.

ROMVLI AMASAEI ORATIO

HABITA IN FVNERE

PAVLI III. PONT. MAX.

VEREVM est quidem PATRES AMPLISSIMI, eorum, obseruantiam, pietatem erga PAVLVM III. PONT. MAX. multis, ac maximis perspectis documentis hodierno die facile declarasse: neq; enim mutata fa cies uestra, sed uultus mutati; oculorum insolita tristitia, lugubris silentio, atq; omni ueluti affectus animi significatione, quo maerore, quo desiderio optimi, ac Sanctissimi parentis uestri obitum prosequamini. Quamquam dolenter & acerbe hanc Reip. orbitatem ferentis animis: quo reliquissimum tanti funeris pompa celebraturis in hanc basilicam conuenistis, testatum ut esset effecistis. Ego uero, ut uos nonnullum hoc munus deuulsistis, me parum omnino dignatum apparatu exequiis laudatio mea uidetur fuisse, magnopere uereor: Nō parua enim me, aut leuibus oppressum atq; implicatum difficultatibus fuisse. Nam si PAVLI FARNESII unius maxima, & sapientissima post hominum memoriam Pontificis laudes omnes inter dicendo complecti, atq;

exercere, multo quamopus fuerit longiori & ingentibus, quibus in presentia uestrum prope obruitur collegium, occupationibus maxime apta cuiusmodi orationi. Sin ad compendium breuitati seruiens maximarum rerum uelut acerrimum rediguam, non grauiter, & copiose uti docuit Plato de laudasse, sed dum rudi & tenue commentario in hanc tantæ amplitudinis lucem parum prudenter prodisse uisus fuero. Illud preterea me uehementer solicitum habet, quod confecto tam animi corpore, fracto atq; afflicto paucis dolere uobiscum. Ponitur, mihi credite, ad uiui atq; humanissimi pectoris uestri mansuetudinem, licendi facultate uestrarum Patres auditionum & auditorum ab attentionem, uel patientiam me promeritorum non sperare quidem audeo. Iam uero quo ingenio, quo memoriæ, quo fortunæ ac maiorum nostræ Farnesij proceres tanto uiro dignissimi? Neq; uero in primis ALEXANDER cuius ego alacritate, & impulso huc ad locum quinquid habeo uocis firmitatis, periculum uelut conclusus sim, ubi me expectationi respondere? Cuius mihi rei non omnino nulla est tamen habenda. Quantum ego PAVLI Papæ tertij sanctissimi, immortalis memoriæ, animi declarationem, summis quibus me, quoties adire uoluit, cum eruditissimum uirum ad solemnium cestimationem uerbis alloquebar, ac simul parentem meum ut te colendo, atq; eius meminisse, tua maiestate adorata pietatis famam? Verum quoniam quod mihi non præter opinionem meam impositum est onus, neq; deprecari, neq; deponere, neq; in alium tam dignitatis, quam decoris ex oratione Illustres personæ uenere locum fuit, quod semel suscepi, aut uestra frustra Patres benignitate constan-

tur

ue perfrangi aut succumbendum sit fuerit, planum certe omnibus faciam, non animi mihi ut in tanto publico ac priuato luctu alacritatem, sed ob ingentium rei magnitudinem, mentis atq; ingenii firmitatem defuisse. Magno existimo, & grauis quoniam à me Pont. max. excudere contigerit, publici luctus causa, quodammodo populi omnes, qui in eius fide, atq; officio fuerunt, sibi communem parentem ereptum intelligunt. Ac ne tota Resp. quasi nauis gubernatore amisso, violentis agitetur tempestatibus, cum maximo naufragii periculo metuunt. Quo uero plures, & maiores in ea uirtutes emicuerint, quamuis fuerint Illustrium ac communitatis fidei suæ ciuitates merita, eo cunctam salutari quodam lumine orbem, & angustiæ acerbius, & luctus nouendi nec rationem illam quem satis efficacem, aut idoneam reperire. Vbique primum de Pont. Max. obitu nuncius cepere peruehebatur, passim subitæ cuiusdam trepidationis, gentes & populi certissimas dare significationes consueuerunt. Lugent ciuitatum ordines: Squallent oppida: Mœsta, & agri præmodum ipsi, desiderio & mœrore consenescunt. Tanti ego ac tam uasti doloris tantum hanc funebre urbe ustino subesse fontem ostendi, si quæ ad PAVLI uitam exornandam, atq; illustrandam summus & præstans Deus, natura & fortuna Dei admistra congesserint bona, aut enumerare, aut orte summatim perstringere potuero. Sic enim fiat, ut quam gaudenti animo illi paulo ante fruebamur, tã nunc esse nobis tanta uirtute, tantaq; diuini illius uiri sapientia, tamq; innumerabilibus laudibus ornandum, grauiter ac pene impatienter feramus. Sed quis nam erit laudationis exordius? Eum

Patria. *primam uere filii patria mulcet. In ea enim primum noſtrum quæ libet eundem humi ſtertium. In ea, in quo nouatur, in quo quæ ſint ſolum nanciſcitur. In ea alitur, educatur, inſtituitur. Magna autem uiſere tum ad res parandas, tum ad geſtarum gloriam comparandam, quæ ne Patria abigere. In ea uero orbe natus eſt* PAVLVS, *uel* ALEXANDER *potius (hoc enim primum apparentibus appellatum fuiſſe nomine ſcimus omnes) in qua ſi patriam ſibi quiſque optare poſſet, ecquis quam in alia quamuis ma ſi non mallet? Romæ nempe, quæ cum maieſtatis, & gloriæ ſemper domicilium fuerit, fidelſſimus omnium nationum, & populorum portus, Auguſtiſſima ſocietatum ara, Communis cum imperio firmiſſima reliquorum ſedes, Totius denique orbis terrarum inſtar, & urbis unius in toto terrarum orbe indefinito digna nomine. Quæque ut olim ab aliis atq; aliis & conditæ eſt, & amplifica ta gentibus, ſic hoſpitali ipſa (ut ita dixerim) complexu, ex omnibus terræ angulis recepta, nullius hominum infimi nouitatis ſuæ omnibus in quibus modo uirtutis aliquis ſplendor eluceat, grande accendit ornatum imperii. Quod ſi non alibi, in quamnam quæ patria nomen et decus accepit? Sed quam bene, & præclare cum Paulo actum eſt, qui non plus ſine accepit ad famæ celebritatem, quam patriæ dederit? In poſterum enim omne tempus numquam ſatis plene, ſatis ornate poterit Urbis laudari, quam magnus, & admirabilis quidam ad eius laudes ſit cumulus acceſſurus. Quod in ea Paulus III. Pont. Max. primum lucem aſpexerit. O felix ortus, atq; alumna acceſſione Romæ, quæ in omni ueteris memoriæ commemoratione, cum optimis quibuſq, & maxime laudatis.*

tii Romani Principibus, ac Pontificibus maximis conferri, multis anteferri, nemini potuit postponi. Iá uero ut generis obscuritas, ac nouitas infringit hominum animos ac debilitat. Sic ad cogitationum sublimitatem, & magnarum rerum molitionem interquandam proficit nobilitas. Atque non clari tantum in Farnesia gente Pauli maiores fuerunt, sed bonis opibus, ac plurium oppidorum perpetua ditione potentes, neq; Romanorum tantum Principum nomine nobilitati, sed ob res fortiter ac strenue gestas, in eos etiam, qui de rebus Italicis conscripti sunt, commentarios, atq; annales magna cum laude relati. Nam ut abolitum iam fere uetustate magnum magnorum numerum prætereá sint ex hac gente abhinc annos ferme .cc. Petrus Farnesius qui Imperator cum summa potestate iubente exercitus duxerit, in magna bellorum uarietate insignibus clarus uictoriis. Idemq; cum Florentinorum copias præesset, in Pisarum oppugnatione, confosso ab hostibus equo, multo mœstus, conseruata pristina animi præsentia, per medias hostium ruinas irruit: Consecutaq; mox suorum multitudine, subito impetu captam & expugnatam urbem Florentinæ Reip. tradidit. Fuit Paternus Pauli auus Ranutius, qui Eugenio .IIII. Pont. Max. periculosissimis temporibus, fossa in diuersas partes Repub. fortem ac fidelem Reip. uestræ operam exercitus Imperator nauauit. Quique Alfonsi Neapolitanorum Regis exercitum ingenti cum gloria reuulsit. Non possum fine impia quidem modo oblitionis nota Petrum Farnesium Ancharani cognomento, clarum illum quidem in diuerso genere laudis, & summa morum grauitate uirum prætermittere, qui

Genus

Maiores

cum

cum luculentas sibi fortunas ex artis cuiusdam interpretatione comparasset, domum & prædia Bononiæ reliquit, unde literatæ iuventutis collegium, quod adhuc ex ipsius testamento ad Farnesiæ gentis tutelam pertinet, derivatum. Pater *Patris genus illi Petro Ludouico, spectata fide atq; officio in Romanum Imp. usu. Verum non unius clarum, aut Illustre fuit Maternum genus.* Mater *Celsissima enim Fortuna Ioannæ Matri nostræ Caietana fuit gens, non solum prisca, sed etiam nobilissima. Ex ea certe Bonifacium octauum Pont. Max. fuisse constat, cuius multæ, ac præclaræ laudes literarum sunt monumentis mandatæ. Paulo igitur alterum genus Imperatorum, alterum Pontificum. Iam uero ut generosarum stirpium in feraci solo propagata semina, ad optimam frugem facile proficiunt, sic paterna & auita præstantes nobilitate animi, si bene, atq; ingenue educentur, ad egregiam se laudis spem celeriter efferunt, & corroborant. Et his quidem maioribus ac Parentibus ortus Alexander (cui res plurimum amplissimæ fortunæ obsecundarunt) à puero liberalissima edu-*
Educatio *ctus, atq; institutus est. Nam cum ab ipsis prope incunabulis, & exortæ indolis ac diuini prope ingenii certissimum specimen daret, mensque literarum amore & lege artis, & domesticos eruditionis magistros habuit: & iam puber Pomponium Lætum Romæ tunc Academiæ principem audire assidue, & ob*
Doctores *singularem cohiri. Tanto adolescentulus in optimarum artium studiis processus effecerat, ut qui longe iam ætate æquales animi sui superasset, multo maioribus iam meritis par esse uideretur, cum clarissimorum in omni liberalium disciplinarum genere hominum*

nimum fama allectus, Ficum, Politianum, Chalcondylæ, Lascaris, ad eos se Florentiam contulit. Quo tempore, & cum Pico Mirandulano admirabilis ingenii, & incredibilis doctrinæ adolescente: Et cum Ioanne Medice, qui Leo postea fuit X. consuetudinis et familiaritatis, & summissima in communibus studiorum artium studiis æmulatio. In Patriam inde reuersus, cum latinæ Græcæq; linguæ cognitione, atq; in omnibus disciplinis, è quibus constat pulcherrimus humanitatis ordo, eum profectus ex parte esse perpenimus, ad publicarum honorum ascensus, scriptum primum inter sanctiores scribas, qui ad publica munera fuere: Quo tam munere pares ac diligenter fungens, summique, quam semper retinuit, tam multis quam stylo elegantiæ, peregre cum multis, tum peregrinis omnibus carus esse cœpit, nullo vnq; ac minime vulgari laudis & consensu. In Farnesiorum quod quisq; (ni fit) meo cum admiratione adamarat, alius probitatem, humanitatem, facilitatem, pudorem, alius modestiam, liberalitatem, excellam alius vtriusq; linguæ coniunctã cum multiplici doctrina & mirifica ingenii celeritate peritiam, omnibus uno omnia colligentibus, tam multarũ, tamq; spectatarũ virtutum fama impulsus Alexander. VI. Borgius Pont. Max. cum Protonotarii primum superioris loci titulo honestauit: Mox Pontificium Romanum Phalsorum, & galeri ius decoratũ, cum animum agnouit dignissimum, magna Patrum consensu in sacrosanctum vallatæ Cardinalium collegium. Illa suprema proxima apex insigne quam sibi merito delatum fuisse probauit, dum eadem, quæ perpetuo ut oportere intelligo, docendo, bre-

Honores publici

Cardinalium creatus

uitate

utate communere, me Patre, quæſo, libenter & benigne, uti adhuc feciſti, amplectere. Primum omnium tanto ſublimiori honoris gradu nobis claruit, virtutes duas ſpecie diſpares, grauitatem non comitate, prudentiam cum comitate, ut dignitatem ſuam ſemper retinuerit, & mira quadam morum facilitate amabilem ſe omnibus, & gratioſum præbuerit. Post. dicto ut optime de ſe meriti parentis ita audiens fuit, ut alius nemo magis libertatem tamen in dicendis ſententijs nullius unquam honeſto detrectandam eſſe debere putarit. Conſilio, auctoritate, gratia, grauitate, ut ornatiſſimum genere cum ſenatum antecellerat, quicquid tamen ante agendum dicendo perfecerit, omne ac beneuole cum ſuis collegis communicabat. Legatum primum extra ordinem ſolent è noſtro Patrum collegio, qui prudentia, qui rerum uſu, et auctoritate, bella pacaſq; maxima ſuſtinere poſſe uidentur, Alexander non ita multo poſtquam Cardinalis eſſe cœperat, propter excellentem, & tam ſpectatam ingenij conſilij magnitudinem

Legationes

dignus eſt habitus, qui maximis legationibus fungeretur. Nam & Carolo VIII. Galliarum Regi per ea tempora cum exercitu Neapolim contendenti obuiam miſſus eſt. Et legatus Pœnorum, legatus Venetorum obtinuit. Atenim Magiſtratus capeſſere, eſt per honorificum eſt, cum præſertim non cupide appetentibus, ſed officioſe accipientibus deferuntur. Quanto tamen eſt prædarius ita ſe in magiſtratibus geſſiſſe, ut nihil unquam ad cæleſtem mandum locum nihilominus fuerit, laudem maiorem non facile quis dicendo aſſequi poſſit? Ea fuit Alexander in Populos aditus facilitate, ea affabilitate, ea in iure dicendo æquitate, ea poſtre

mo

no in factionum diſcidia tollendis, in redigendis in ordinem pa-
rentibus, in Ciuitatum incommodis propulſandis, priuato-
rum miſeris ſublenandis prouidentia: ut cum nulli uideri poſſet or-
dinem indulgentior, atque tamen ſummus, & infimus eſſet iucundiſ-
ſimus: In publicis negotijs ſemper grauis, In priuata conſuetudine
& conuictu feſtiuus ac perurbanus. De ſua magnificus ac libera-
lis: Alieni non modo non profuſus, ſed neq; ullum appetens.
Non ad ſpeciem haec dicuntur. Sed quod laudationis meritas po-
ſtulat, non praetermittendum. atq; cercenſentur ſilentijs, quod
apud nos Patres, quibus cum ille amanter & familiariter uixit,
haec habetur oratio. Neque uero his ille uirtutibus ſum ſe Ale-
xandro. VI. commendauit. Sed huic etiam, Pio, Leoni, Hadria-
no, Clementi poſtremo ſibi eſt iudicia promerenti, atq; adeo ut
eorum quilibet de ea quam optime meretur, praecipuam quan-
dam & perpetuam curam ac ſollicitudinem pro ſe tuleret. Neq;
uero Alexander illis nobilitatem ſuam, officia, ſtudia minus pra-
ſtitit, quam ſi eorum cuilibet dignitatem, fortunaſq; ſuas omnes
acceptas referre debuiſſet. Quare nemo ex illis fuit, cuius ſecretio-
ribus conſilijs omnibus non intimus fuerit ac familiariſſimus.
Nemo prorſus, qui pro ſua ſingulari quadam de ea iudicio, non-
nunquam patriſſimum demandaret, quae cura atq; ſolicitudine gerenda, Clemẽtis
conſilio atq; animi magnitudine ſuſtinenda fuerint. Inciderunt ea tempora.
lamentoſiſſima illa Clementis tempora, quorum memoriam horret
animus. Ea cum Farneſius tanquam e ſpeculo proſpiceret, nihil
non periculum nullo negotio deuitare, atq; in propinqua ſua do-
mum oppida, & domum, ſi quando opus eſſet, ſecum recipere poterat.

Vrbem tamen pro sua in Patriam pietate, in principum fuorum fide sibi vendicam deserendam censuit. Ea igitur capta illum in arcem confugientem secutus, atq; ibi cum ei aliquandiu obsessus esset fide hostium concessa, ut ad Carolum Cæsarem in Hispaniam trajiceret, cum eo de pacis conditionibus ageret, emissus, cum Ligusticas fines attigisset, de instructissima Gallorum in Italiam excursione admodum nuncium accepit, Parmam itaq; cuius Ciuitatis Pontifex erat, recta ductus ratione deuertit. Nam & pacatissima tunc ea fuit Comitas, & cum primis in nostra, Patres, Reip. fide, & officio constans. Alexander vero ipsius multis & magnis donatis beneficiis, quodque ille maxime pro sua ad bonum de quam plurimis merendum propensissima voluntate æstimabat, ut ea certos, & luculentos fructus haberet, unde exhaustum ex illa urbana procella posset miserias sublevare. Ad eum non aliquot Cardinales, qui e tanto naufragio confugissent, eius maxime consilio & consolatione subnixi, non modo animos non despondarunt, sed ad aliquam etiam Pontificis Maximi, & Collegarum suorum, quæ ex Adriani nube inclusi atq; obsessi tenebantur, liberandi spem ex ea potuerunt. Quare non hoc dolebit animum omnium duce & auctore inter illas profugas patrum reliquias de reliqua salute ipse eundo fere consilium fuisset, paucis post mensibus Clemens receptaculum libertatis, magnas Farnesio gratias habuit, quod in summa rerum desperatione ad Reip. gubernacula, quæ sibi de manibus turbulentissima excorserant bellorum tempestate, ipso vltro accurrisset, neq; Pontificem quasi statione prius deseruisset,

quam

quam & Pontificem Max. ex illa se obsidione subtraxisse, rebusque in urbe & pacata iam esse omnia compertum habuisse. Confectus est biennio fere post, Caroli V. Cæsaris cum Pont. Max. congressus, cum is Clemen. imperii coronam Bononiæ detulit. Hunc qui adventantē Cæsarem pro Pontifice obviis acciperet, delegit Clemens. Hunc summum & præcipuum idem Clemens, & Carolus consiliorum omnium auctorem, hunc in stabilienda inter ipsos amicitia adiutorem, hunc habuerunt ad pacem inter Christianos Principes confiandam, & ad suscipiendum atq; apparandum Turcarum bellum frequentem atq; assiduum hortatorem. Fuit iterum Clemens, cum nix à priore colloquio alter annus excisset, ad Cæsaris congressus Bononiam redeundum. Dies tum eorum auceps fuit Clemens, Farnesium ut id ipse contendentibus Urbanis magistratibus, cunctisq; civibus, Urbi Legatum præficeret, an cuius opera & consilio, magnis ardusq; in rebus uteretur suum duceret. Hic, qui Clementem audirent, non defuerunt, cum dicerent, utilem sibi absente Farnesio consilia actio neq; suas omnis manere atq; immortuas fore. Quod tantum scilicet hunc ne tribueret, ut sine eo non recte ac sane provideretur consilium esset, Non grauiter atq; ornate dicere. Non quæ dicenda essent, maturè ac constanter peragi, ac constitui posse putarent. Neq; senatus tantum principis absentiam à rationibus consiliisq; suis, quam maximè alienare fore cogitatione complectebatur. Principem enim in collegio nostro locum multis iam annis Farnesius tenuerat, & ita tenuerat, ut ille in sedendo ac dicendi sententia primatus, non ex maiorum instituto tantū obtinuisse

Pontificis et Caroli Imperatoris cōgressus primus.

Congressus secundus.

videri posset, quod esset in ordine antequior, sed quod vita dignitate longe cæteros antecelleret) Verum non tam senatus Principem à se tunc intelligebat Clemens desideratum iri, quam specta tam toties maximis in rebus, maximum uiri fidem, grauitatem, constantiam, auctoritatem. Quo tempore ipse quoq; Cæsar quam grauiter Farnesii absentium laturus fuisset, non semel, ac minime quidem dubiis uocibus declarauit. O admirabilem Patris uirtutem, quam & præsentem amplissimi terrarum Principes præcipuis quibusdam honoribus dignam censuerint, & absentem certissimis cunctorum desiderii testimoniis fuerint prosecuti. Comitatus uero secundo etiam illo congressu Clementem Farnesius, egregiam Reip. operam nauauit. Atque in tanto quidem tunc fuit non solum apud collegas suos, sed apud Cæsarem ipsum, & Cæsareanos omnes proceres, honore, ut in eum extremis uocibus excepta sint, non debuisse, qui tantum uirtute & sapientia excelleret, ante senem, quam Pont. Max. fieri. Tantus adhuc fuerat Alexandri gloria cum uirtutum omnium meritis, tum consentiens hominum uoluntate progressus, ut sublimius iam non posset, quam ad supremum honorum fastigium, & celsissimum dignitatis gradum subuolare. Aliquot inde post mensibus, Potentissimi Galliarum Regis rogatu, idem Pont. Maximus classe profectus est, quæ illum ut sequeretur Alexander, non grauate fecerat uis, tum Regis precibus adductus fuisset. Sed quo minus tum principum optatis, tum sua perpetuo in Remp. studio satisfacere potuerit, fortuna aduersata est: quæ mox æquissima & faustissima futura, sua in eum acerbitate breui illa quidem

quidem. Sed uehementi impetu, totum, ut ita dicam, uirus profudit: Nam & non multo ante Hostia dum redit (Pontifex enim, ut fertur, Hostiae fuit) euersa, qua nabigatur nauis, è Tyberino nostrorum uice seruatum ac seruatorem Urbi reddidit. Et non ita multo post graui & periculoso prope affectum morbo, quem cum hominum expectatione euaserat, quam maximum abfuit. Est uero Patres ita comparatum, ut quemadmodum in anni uarietate ac uicissitudine, nonæ quasi Cancri ac siderum conuersiones, è mensis temporum quæ uel solstitia, uel æquinoctia appellamus, uapident mouemus sic plerunque humana uitæ cursus, tanquam orbis quidam uehementiore motu, & grauiore quasi quodam cum sonitu conuertatur. Eo fit ut sæpe, & secundissimas quasq; res infidiosa illa, & nostris infensa prosperitatibus, quam Nemesin Græci Poetæ dixere, opprimat fortuna. & rursus uerbis uerum casuum importunitatem, lamentum atq; optatissimi posteri temporis excipiunt euentus. Quæ cum breuitas ac summatim, tum ut ita colorem Patres percurrimus, usq; modi (nisi mirum me fallit iudicium) sunt, ut Alexandrum prælatis omnibus antea ætatis uiris comparatum, instructum atque ornatum ad Pontificatum Max. accessisse dubitari nihil omnino possit. Quis enim ad eius laudes cumulus accedere possit? Cui patria urbs urbium omnium regina, & in ea perillustre ac omni dignitate & copia affluens parentum & maiorum genus obtigerit? Cuius admirabile ingenium, atq; animi indolem, præclara adhibita institutio ac doctrina, omnis uitæ elegantia, omne quæ latinis Græcisq; liberis omnis

Epilogus superiorum partium.

tinetur, virtutis, atque humanitatis genere excoluerit & perpolierit. Qui post aliquot publicos honores impetti cum laude ac Regis magno Patrum consensu in nostrum collegium fuerit cooptatus: Qui pro Pontifice Italiæ florentissimas præfecturas, fortiter & cum summa iurisdictionis æquitate rexerit: Neque sine ulla modo suspitione eas, quibus præfuit, Ciuitates gubernarit, sed nihil ærum modo atque imperii examen laudem una uniuersorum Populorum uoce reportarit: Quem sæc. decimoqui Pontifices Max. uirtutis atque optimarum artium merito carissimum habuerint: Quem fuit collega miseris & calamitosis temporibus patrem & patronum sibi extitisse senserint: Quem saluti certum uindicem sua Respu. cognouerit: Quem Clemens. VII. & Carolus. V. primo secundoque uisum congressu communibus uterque ipsos conformatorem & sequestrem, pacis constantissimum auctorem, pulcherrimarum actionum fautorem atque admirorem amantissimum exosculatus fuerunt: Quem postremo & à grauissima malignitate, & à fatali quodam periculo seruatum, & quasi è medio emersum horrendæ fortunæ fluctibus, orbi ac terrarum pœnè orbi Deus mortalium reddiderit. Ab hoc tuquam homine, uel ut uerius dixerim, heroe, quidnam ex iis rebus omnibus abesse potuit, quæ à uiro tam laudabiliter, tantaque cum gloria ad hanc usque ætatem, à nobis superatis laboribus, nos exhaustis ærumnis, Pontificatum a primum Max. traderent, & à Pontificatu Max. suis ipsius tempore, ac Resp. huic quam amat, ærumnis illi inter pios, ac beatos manes locum attribuerent? Ab hoc loco ad Pontificia Fortunæ alta pergens, multis de causis dum eius ver-

tutes

cius enumerare cupio, tum animi quadam suspensione hesito. Nam si multa quod video necesse fore, prætermitto, facile vos animadvertere nolligo, parvus illum aq. exiguus multo quam oportuit, collaudatus: sin plerosque omnes persequor, vereor Patres, ne cum nos longiore oratione detinuero: in hac interregni vacatione, vestrarum negotiorum occupationum non satis, vt de hac re, grauè videar habuisse. Scio non frustra esse a maioribus nostris institutum, vt magni, & illustres viri in funere laudarentur. Hunc illi solent, perpetuæ virtutis honorem, & ad gratiæ hominum memoriam declarandam, & ad corporum & animorum magnum exprimendam, ac postremo ad nonnullorum animos ad illorum æmulationem excitandos, multo magis accommodatum & oppositum, quam cæteros omnes vitiorum & parentationum ritus constituere. Hunc maiorum morem non satis habuisse meritum putaro nisi plene atque absolute singulas laudationis partes perequo. Verum cum multa sint huius quem nunc lugemus Pontificis Maximi laudes, tantæ quæ hominibus admirationi possint, manere, quàm inferioris fere ordinis Pontifices ipse Max. omnium cæterorum omnium hominum statum vicit parvus. Eam mihi statuo præcipuam hac in parte cautionem esse debere, vt dum nimis diligenter omnia persequi studeo maximarum & maximè illustrium rerum per quas Pauli fama æternitati se facile adæquauit, nihil penitus loci relinquam. Testata est olim Patres, omnibus fuerunt omnium familiarium ac necessariorum vocibus temperata, integritas, innocentia, animi moderatio. Cuiles hæ ac populares sint virtutes: quam vero non multos cum

mum,

...modo, tam, cum ad vitam bene instituendam rationem, tum ad humanam inter ipsos societatem conservandam, necessarias, ut sine his hominum vita non modo non humana, sed ne vitalis quidem Continendum (ut ita dicerim) existimari possit. At hæc præstitum ita & reli- te iam prouectior Alexander, maximè excellit: Ab omnibus que virtu- enim vel amicum, vel externorum non secus ac populorum, tes. vel ceterarum, quibus humanus sensus quasi vestiri solent, voluptatum lenocinia sic animum abiecerat, ut omnium quæ vere magni familiarem iudicio, nemo quisquã habitus fuerit frugalior, aut continentior. Atque cum quidem in iis, quas ante nominauimus virtutibus habitum fuerat consimilem, ut animus in eo cupiditatem iam defuisse, aut potius restituta esse videretur, ut quæ dum vitia essent, non magis repudiaret, quam antea non appetiuerat. Neq. magis caueret, ne quid indecore, effœminate, aut libidinose diceret, aut faceret, quã ut quod desperante hominis vultu fieri posse, ne cogitaret quidem. Ac tantopere à quibusdam turpitudinis genera abhorrebat, ut cum nihil, nisi quod maxime decere, agere, aut moliretur, nullis pudoris, aut verecundiæ subsidiis, ac velut quibusdam rationis frenis indigeret. Quid autem reprehensionem meretur, cum nihil, quo dedecori, aut crimini esse, dum in mentem veniebat? Abducebat nero quam longissime ab omni cogitationem ab omni que fi lendi libera fortuna omnes esse consueuit licentia, ab omnibus libere atque magnifice honoris gratiarum voluptatibus recipiis, neminem aliud quam ab inuicta ætate, ad extremam usque senectutem florentem, fortunatum atque opinatarum quarum desiderium studium. Nam quod-

quid

quod successus temporis, à maximis poterat occupationibus eripere, ad totum ad eos legendos & pervolutandos auctores conferebat qui vel Graca, vel Latina oratione, quod vis diuine, aut humane doctrine genus literarij monumentis mandassent: Cuius rei maxime perspicua extant argumenta, sexcenta prope librorum volumina ipsius manu, à primo ad postremum paginarum marginem politissime ac sanctissime pernotata. Ex his ille fontibus dicendi, intelligendi, res maximas gerendi, precepta hauriebat: Neque solum ut Latina Graca q. lingua uteretur tanquam patria & populari hac nostrate (sunt hoc enim ei, ut sceni Patres maxime peculiare munus) consequebatur sed ea etiam, qua suauissima & mundissima ex rerum cognitione percipitur, voluptate contentus, reliqua prope omnia oblectamentorum genera contemnebat. Quod si, aut valetudinis, aut ingenij recreandi causa, aliqua fibi esse opus animi relaxatione intelligeret, modo in Sabinos, modo in Phalisios, ubi plura habuit gentilitie hereditatis ac dictionis castella frequens, vel sylvarum & viridiorum ipsius maxime salerna dimensorum aspectu, vel elegantium & literatorum hominum, quorum semper domi habuit selectam copiam, se nihil a grauis & musis abhorrentibus oblectabat sermonibus: quos ipse, ut erat inter suos maxime festiuus, eo suauitatis atque urbanitatis sale aspergebat, ut quam grauis & ornatus inter collegas suos in curia, tam in amicorum cetu iucundus & dulcis videretur. Appositè itaque, quod quidam ex eruditorum numero de M. Antonino Pio literis prodidit, de hoc sue predicabant. Quod frugi esset sine contumelia. verecundus si-

Studium literarũ

Animi relaxationes.

C ne

uolentia fuit tristitiæ grauis. Fuit illud in Alexandro fum-
mæ modestiæ quod nihil sibi unquam uel arrogauit, uel præ-
sciuit, sed hominum de se iudicijs acquieuit. Quod suam in omni
uel publica, uel priuata disceptatione, non auctoritate, sed ra-
tionibus sententiam comprobauit. Neque plus animo unquam con-
tendit quam quod æquo animo ab iis contra quos erat nonnun-
quam dicendum, acciperetur. Atque ita auctoritati & dicen-
di libertati tuebatur: ut tamen tamen se ab iis lædi quiret præ-
stet. Fuit animi eximia cuiusdam moderationis: quod inuidos &
obtrectatores (cuiusmodi fere hominum amplorum fortunam, cum
uirtute coniunctam peculiarem plerumq; lacessere consuerunt)
nunquam ipse acerbius ulcus fuerit quam ut ignoscendo existi-
mare eos cogeret, se eis esse infensi, indignumq; fuisse. Quod
Pontificatum Max. cum posset nunquam, uix uero ante pau-
rum ipsius felicitas aduersantium collegarum inuidiam extor-
tum sibi quasi de manibus perspectum haberet, nihil tamen gra-
uius questus est, quam ut deorum tam diuinum beneficium,
non ab hominibus deorum æ sellum remouendi minimam facul-
tatem habiturum si sua sibi diuinus aliquando maturasset ad-
fore. Fuit incomparabilis humanitatis ac facilitatis. quod nemo
ut ullo eius aut magistratu, aut præfectura quenquam non
est admissus, non patentissime quando uoluit audiuerit ut de-
missus; ut si quid maius uoluisset, non impetrasset, intellexisse
demum se postulare non debuisse, confiteretur. Fuit magnitudo
quod à iusto, æquo, bono, nulla unq; gratia, nulla umquam pre-
ces auertere potuerunt: Quodque semper inuictum pectus, re-

uolantium

violatum cunis corruptele animum gesserit. Quid vero dicam, quantum fidei constantiæ ac perpetuitatis, quantum liberalitatis ignotos sibi parentes ac notos demeruerit: Cum nulla Europæ pars, nulla Italiæ Ciuitas, non magnam aliquam & insignem gratiam Farnesio Cardinali debuerit, operæ? Et ea demum pro ceteris maximeq; uiris homines habuerit, quæ ab eius ore, seu nutu potius oraculo profecta dicerentur. Hospitalitas magnum & præclarum quoddam est in Principe uero decus: Quid enim fauere possit elegantius, quid luculentius, quam si eas quibus abundet, copias bonorum commodis impertiat? Id laute semper & splendide fecit Farnesius. Nam & urbana domus quam & ante amplissimo demensam atq; ædificatam habuit, & nunc ornatissimam & plane Pontificum nepotibus ruhque, & quas uom in singulis suæ diœcesis castellis magnifice extruendas curarat: eo omnes & illustribus hospitibus, & peregrinis ac uiatoribus qui undecunque diuertissent, semper patuerunt. Iam uero quæ offitia, quæ studia amantis coluit, qui nominem dilexerit, quem aut suis non prosequutus beneficiis, aut eo de se bene merito non large ac prolixe gratum retulerit? Quæ uero fuit in cognatos, affines, aut quoscunq; consanguinitate, pietate, qui nominem eorum fuæ cuiusquam facultatis, aut felicitatis expertem esse uoluit? Nam quantam in nepotibus quam liberalissime educandis, atque instituendis fuerit cura atque diligentia, ex eo liquido constat, quod à Præstantissimis doctoribus atque optimarum quarumque artium magistris, & quorum animos honestissimis moribus, ac præceptis sine ulla adulatione Nepotum institutio

imbui atque informari. Et tam adolescentium ingenia omni quæ Latina Græcaque lingua literis mandata fuerit, vel intelligendi, vel dicendi facultate ornari, instrui atque excoleri voluerit. Quid ipsum et quid disserere, secum tam ille haberet, eundo inspiciebat, ad omnemque vitæ officia certis rationibus atque exemplis, omnium eorum et etiam fingebat atque informabat. Et quod nos per ipsos Præceptores, non per alios quam ac optima fide usos, quondam & Romulo & Patavii fuerunt, quo studiorum eos causa dimiserat, ac in officio manerent, ut ne non fierent, sedulo operam dabat. Quæ certe vestissima institutionis soboles, ad præclaram adolescentulorum indolem adumbrata effectum est, ut non tam magis voluntate, quam ingenii nostri consensu ac favore, prætextæ virilis præmia fuerint decerni. Et eorum quidem nunc partem omnis, pannonicæ nostræ verbis & vultu Patres, & nostrorum Principum de ipsis laudibus ac beneficiis egregie respondent. Hæc ego de popularibus quibusdam (ut ita dixerim) Farnesii nutritiis, tam breviter perstringam, ne summis ponus (quod aiunt) labris degustem. quod non nobis tantum vita fuit summa, sed urbana etiam ac peregrina multitudinis sermonibus celebrata. Quodque tempus plura superfuit tantoque amplura, ut nulla virtus, in homine colligere constitui fuere, ac memoriæ plurima mihi recordatione nostræ reliquere, non diligentior, sed superstitiosior quodammodo videri possim qui magna hæc quidem per se, longo fere intervallo memoribus, quæ de Paulo Pont. Max. commemorata fuit, minora, non quasi transitum aut omnino missa faciens,

ex hoc

ſic hoc loco iam pedem proferam, & ſuſcepto tandem operi legem ac modum ſtatuam. Quare ne quis orationem meam minus lætus audiat, neuſq; in multas diſſectam particulas faſtidiat, aut ſtomachetur potius, de multis & maximis Laudabilibus Farneſii virtutibus, meum Patrem ſilentium æqui boni faciatis, vos obſecro. Nihil enim agam de ſingulari eius viri in rebus arcanis ſolertia, in bonis expetendis & contrariis vitandis ac fugiendis prouidentia: quibus in rebus eum dominari conſtans omnium opinione crederetur, Chriſtiane Reipublicæ & Romanæ in primis curiæ oraculum prope quoddam habebatur: Solus enim & quæ euentura eſſent, e certis rerum principijs, multo ante quaſi præſagire, & ſicca opus foret, præcauere ac propulſare, tum admirabili ui ingenij ac celeritate, tum iudicij exacta quadam ſubtilitate poſſe iudicabatur. De ſublimium rerum appetitione, & humilium contemptu, Deque firmiſſimo animi robore cum in periculis adeundis, tum aduerſis in rebus ferendis & conſtanter perferendis, Ac ſimul de ea quam quouis tempore admirabilem præ ſe tulit, in magnis & præclaris operibus ſuſcipiendis & aggrediendis magnificentia, nihil omnino in præſentia loquar: Quod tametſi fuerunt hæ laudes perpetuo illi ante comites, ſcorco tamen quia tanquam regiæ atque heroicæ uirtutes uitæ cæteras eminent, poterunt ex uita Pontificatus acta apertæ cadere & inſignes (ut ita dicam) interlucere, Nam quæ adhuc de eo à me dicta ſunt, & ſi tanto noſtro omnium conſenſu comprobari debuiſſe nihil dubito, multis tamen

non

non verum modum mutuata, non factorum fuit ad singula
virtutum genera adnectione illustrata. Quod si Patres, hanc
funeris orationem dicturi venimus, parentatum & omni dignitate
auctum immortalitatis suscepisse quam hac illa quæ ego ad-
mirer pro ingenio, memoriæque meæ imbecillitate debeam, omnia
aberimus, ac magnificentius essent? Quam grauiter illi, quo ver-
borum & sententiarum ornatu, quo flumine, quo sono, quo ore &
lingua sono dicturum Farnesio quam plurimum auctoritatis illi-
mentum dedissent? At nos, ut quæ illi consecuti dicendo fuissent,
hic conari quidem audeam, verum virtutum maximi consecutus
est ob exercitationis insolentiam, hoc huius amplitudo, confes-
sioque nostri maestitia. At enim obruet verum eam oratorem, quam
ex longissimi quidem temporis, nedum tam subita cum pau-
corum dierum comprehensa fuerit meditatio. Omnino vero omnia
tui non impetum debilitat, & infringit, ex orbitatis nostræ re-
cordatione animi angor à quo, & si cursus atque velitatio ora-
tionis copiosioris nonnunquam aufert: quoties tamen ad no-
stram, Patres, lachrymas, ad funales illas publici luctus significa-
tiones vultus refert, totum vidimus quadam doloris expressio-
ne oppressum, & confectum fuisse. Atque si impatientiores dolo-
ris nostri communem omnes doloris causa manet observatum. Vir-
gilius enim amisit, non Paulum III. Pontificem sed Alexandrum Farnesium Cardinalem, Hostiensem Pont. Senatus
Principem lugeri. Stamus ut e dignitatem per quam in quolibet
fuæ ætatis parte, antequam Pont. Max. fieret, tantum nomi-
nis & gloriæ adeptus fuerat: grata memoriæque recordatione

com-

complectamur, an quam publici luctus & mœroris significationem non existimemus eius funus celebrandum, cuius mors omnibus rebus fuerit omnibus gentibus ac ciuitatibus, atque uniuersæ Reip. sæpe utilis ac salutaris? Nihil, Patres, facilius credi potest, quam si Cardinalis non esset, dum fuum obiisset, omnibus totius Ciuitatis ordinibus tristissimum, fuisse atq. acerbissimum illum diem futurum. Parentem alij filij, fratrem alij, patronum multi, Cardinalem omnes, qualem nulla unquam ætas aut meliorem, aut omni laudum genere præstantiorem protulisset, ex oculis sublatum sine, multis effusis lachrymis, magnis luctu ac mœrore extitit. At quanto nunc usiuus nos eius, Patres, obitum deploratis, quem nobis pater semper fuisset optimus, ac amantissimus, Fratres nos tamen & mire maiorum nominabat, & fraterna quadam facilitate atque humanitate filij nos eundem denuncibas? Quæ nam ad eas quas amplissimus obtinebat, dum uiueret esset loco uirtutes, heroica ac plane Pontificia gloria ea uidelicet omnem addidisset quis non quasi diuinitatis quendam filium solem eruptum, nunquam fore? aut quis pectus, atque non tristi sensibus concipiens dolorem, ut per gemitus, lamenta & ploratum non erumpat, comprimere queat? Rerum enimuero, si prum fas que est, Patres, obliuiscamur à luctu tamen per cognationem, & lachrymis tantillum subtrahamus temporis: dum non mœrens uos Alexandri Farnesij Cardinalis, sed Pauli III. Pont. Max. filios, non supplices agat & pro tot dignitatis ampla atque uera oratione, quam simplici quadam & laboriosa pij doloris testificatione persequemur. Hic ego Patres,

men rerum vestrarum exhibuistis, non facturum sunt ad singula narrationis genera adumbratione illustrata. Quod si Patres, huius funebris orationis habendi munus, paratiores & expliciendis militaris muneris rebus fuissent suscepissent, quanto haec illis quae ego dicturus prodigium, numeris expressa verbis illustrata debuissent, evehi oberiret, ac magnificentius exiisse? Quam grauiter illi, quo verborum & sententiarum ornatu, quo spiritu, quanto, quo ore & lingua sua deberent Farnesio quam plurimas atque amicissimas testimonium dixissent? At neque quae illi consecuti dicendo fuissent, hic eorum quidem arbitrio, terret virtutum omnium insecutatrix vetustas obsoletarum insolentium, hoc humi amplitudo, confessio vestri maestus. Neque enim dictis rerum ea comperiri, quanta ne longissima quidem oratio complecti, ne diuina cum fulua complectendarum dictorum comprehensura fuerit meditatio. Omnia nostra contra tua impetum debilitat, & infringit, ex orbitatis nostrae recordatione animi angor à quo, & si cursus atque incitatio orationis cupiditatem nonnunquam auferet: quoties tamen ad vestras, Patres, lacrymas, ad funebres istius publici luctus significationes oculos referam, totos redimunt quadam doloris aggressione opprimunt, & confica sentio. Atque eo impatientius doloris quo melior communis boni doloris nostra mens: deiunctus. Fingamus animo, non Paulum III. Pont. Max. sed Alexandrum Farnesium Cardinalem, Hostiensem Pont. Senatus Principem luget. Si tam alta dignitatem per quam in qualibet fuae etatis parte, antequam Pont. Max. fuerit, tantum nominis & gloriae adeptus fuerat: grata memoriaque recordatione com-

complectatur, an quam publico luctu & mœroris significatione non existimemus eius funus celebrandum, cuius vita omnes cum fuerit omnibus gentibus ac ciuitatibus, atque vniuersæ Reip. fuerit vtilis ac salutaris? Nihil, Patres, facilius erat prius quam si Cardinalis esset, desiisse, omnibus eorum Cardinalatus ordinibus terrorem fuisse atq. acerbissimum illum diem futurum. Parentem alij filij, fratrem alij, patronum multi, Cardinalem omnes, qualem nullis vnquam ætas aut maiorem, aut omni laudum genere præstantiorem protulisset, ex oculis sublatum suis, multis essent lachrymis, ingenti luctu ac mœrore tristati. At quanto nunc vestros vos esse, Patres, obitum deploratu, quantum nobis potuit semper fuisse optatus, ac amantissimus, Fratres nos tamen & mœre maiorum nominabat, & fraterna quadam facilitate atque humanitate sibi nos eatenus deuinxerat? Quicum ad eas quas constantissime coluerat, dum inferiore esset loco virtutes, heroicæ ac planè Pontificiæ gloriæ ea molem omnem addidisset quæ non quasi dignitatis quendam sibi solum erectum, non egregium forte? aut quis pectus, atque intimis sensibus conceptum dolorem, vt par erat, lamenta & ploratum non erumpat, comprimere valeat? Verum quoniam sic pium fasque est, Patres, abducamus à luctu tantisper cogitationem, & lachrymas tantillum subtrahamus tempori: dum non maiores vos Alexandri Farnesij Cardinalis, sed Pauli III. Pont. Max. acta, non copiosa magis & pro re digesta exempla atque vberi oratione, quam sophistica quadam & elaborata pro dolore facultate prosequamur. Hæc age Patres,

rerum

rerum à Pontifice nostro Max. gestarum tanta vis multa dicendi sit, ut in summa ac prope immensa copia & varietate fartasse quod animo mens, & huc illuc dum oratio ducenda magnitudo, ipsum consistat. Quin aberit confusionis nihil eum dum tuis horis nullum nisi ad ordinandas, vel ad ornandas ac commendandas orationis partes modum adhibuisse laudem praferat. Quare quod me omnium carissimi maxime, etiam si principium in promptu fuerit, non continuo tamen mihi posse videor, satis cui tam diuturn exitum reperire. Sedemus enim in amplissimum huius Pontificatus campum, spatiosum illum quidem omnium ac cum postera atate oratorum & scriptorum ingenia, effusius multo & elaborantius, quam confulcius desiderarunt, ita spatium ac copiam confecit, ut cum rerum summas vidam quo sum excursus, hortatus ac celeritatis ortu persequi omnes fuerim, tacitis expectationibus nostris multa potius a me praetermissa requiratis, quam vanitate nos orationis ulla facultate affectos conqueramini. Id unum vos obsecro per vestri amplissimi ordinis dignitatem, per sanctissimas hasce aras atq; foci utriusque consessus Patres amplissimi, Reges ac Rerum publicarum legati qui adestis, Postremo omnes cuiuscunque ordinis viri clarissimi atq; ornatissimi, ut mihi in dicendi facultate mihi tribuatis, vestra humanitate atque aequitate fulciatis, et rei magnitudine territum potius quam vacuum, tum amantem, tum admirantem multo maxime benignitate subleuetis atq; erigatis. Quando longe, late q; Christiana Resp. nomen patet, ad omnes orbis terrae partes de summa rei, ac vestris heroes nostri

Pontifices

Pontificatu solum, sed ipsa etiam aeternitate dignissimus laudibus fama peruaserat. Augebat eam consentiens populorum praedicatio. Confirmabat conclama nostrorum et alias atq. alias gentes, ac nationes officiorum accessio. Cum Clemente. VII. uita innocentibus perfuncto, unus qui Resp gubernacula tenerat, Collegarum omnium suorum in hunc eundem consparsarum suffragis dignissimus est habitus. Quare non ut saepe & legimus, & ex natu maiorum sermonibus accepimus accidisse (atque ut no in noui Pontificis creatione accidat, uestra fuerit Patres, prudentia et bonitate praecauere) tunc longas duci ac per dissidia partium protrahi comitia quidquam necesse fuit. Vna est mora interposita: dum exequiarum iusta Clementi fierent, atq: eande mora maiorum eorum simul collegium se intra illa septa, quod conclaue appellamus reciperet, eo ipso die, quo ea ipsa pene hora, collega omnes ad Farnesii pedes accidentes, atque una omnes uoce Pontificem eum salutantes, communi prius concursu & gratulatione, mox cum uultu omnium et uoce consentientibus tabellarum punctis, & sua perpetua, & omnium Resp. partium suffragia comprobarunt. Ad cunctas uero Resp partes faustissimae huius renunciationis nuncius peruenerat, & PAVLI. III. nomen laetissimis uocibus celebrari, ac maxime effusis plausibus, et gratulationum exquisitis significationibus in caelum attolli coepisse fuerat. Ornatissimae à maximis regibus & florentissimis ciuitatibus missae legationes, maxima earum quaelibet pro summo offici sui declarandi studio, suscepta celeritate, unicum totius Resp. parentem agnouerant, salutauerant, adorauerant. Pontifex creatur

Cum ille non tumendis modo, sed augendis atque illustrandis earum, de quibus ante locutus sumus, virtutum operibus, nouis vero & plane Pontificus ingentium quarundam laudum rerum adiungendis, facile declarauit, se unum, qui & sancto patrum consensu crearetur, quique tanto omnium gentium ac nationum plausu Pontificatum iniret, dignissimum fuisse. Atque omnino perfecit, ut Pontificia cognomina non speciosi quidem supremi honoris tituli, sed bene ac laudabiliter factorum tabulæ, atque ut diuus haberentur. Sanctissimum enim, quod ei Deo obsequentissimum, ademque Deo carissimum, cunctorum fuisse tas, Beatissimum, omnibus numeris absolutu, ac proprius ritum & contenta bonis vita, maximum, præclara ac plane diuina quædam in rebus omnibus exequendis facultates, iure ac merito appellari eum debuisse, ut cuncti mortales sibi persuasum haberent, haud dubie efficerunt. Sed ad Pontificatus adita mea mox accedo oratio, si prius uos illud Patres monuero, non esse me singula ad certa virtutum nomina quasi certa capita relaturum. Nam cum præclara quædam sit, & admirabilis ac plane diuina humanæ mentis vis, quam sapientiam uocamus, ea humanæ ante laudem omnium quasi clarum effulsit. Ab ea omnis recte sentiendi, intelligendi atque agendi, Ab ea etiam bene atque ad rem accommodate dicendi omnis disciplina prouenit: Atq: hinc illa mortuis certissima lex, & regula virtutum earum, à quibus omnis nostra actio proficiscitur, duæ prudentia existit: fons quæ fortitudo, iustitia, fides, clementia, animi moderatio, uel alius postremo quamuis bene comparati & constituti animi habitus,

habeus, ut homine aut nullus omnino spectari, aut certe exiliter ac tenuiter potest elucere. Satis itaque Patres habuere, si dum in rerum à PAVLO gestarum commemoratione uersabor, ostendero quanta fuerit in consilis de rebus maximis capiendis sapientia, quanta in gerendis prudentia. Ex eo enim & illud facile colligi poterit, fuisse cœlestem illum fauorem, quam felicitatem & bonum euentum nominamus, uti post homines natos maxime, sapientiæ ac prudentiæ, non fortunæ tribuendū. Et quoniam arctissima ac sempiterna propositis Dei lege, cum Christiana professione communionem, quam ecclesiam dicimus, cum ciuili Rep. tanquam spiritum in omni animante natura cum corpore, in humana, cum spiritu mentem, conuinxit, ex ipsa Pauli factorum operumque serie, modo Iesu Christi seruatoris nostri summum legatum, & pro omnis uerę religionis propugnatoribus Petro atque eo, cuius sibi consulto nomen adsciuit Paulo, sacrorum uindicem atque Antistitem, modo uero tradita à Constantino Syluestro atque is, qui deinceps Syluestro successerunt, imperij defensorem & gubernatorem optimum ac generosissimum agnoscetis. Atque omnino qui in Rep. non dignitatis magis atque honoris, quam uirtutum & omnis liberalis cognitionis principatum obtinetis, quodnam Pont. uestri Max. factum, uel cum pulcherrimo illo & maxime diuino pontificis, sanctitatis ac religionis nouum commentum fuerit, uel à quo præcipue totius decori atque honestè fonte deriuarit, quam facillime tacita uestrum quilibet cogitatione dispicet. Vestra ego in rebus percipiendis ac diudicandis solertia, uestram opi-

mi ac sapientissimi Pont. laudatione auscultanda, pio silentio atque attentione fretus, arbitratu meo instituam eius acterum ordinem persequar. Agebat Paulus, cum Pont. Max. declaratus est, annum. LXVII. Ad imminuenda tamen Reip. pericula propulsanda, cum senili prudentia, atque consilio iuuenilem quandam alacritatem coniungendam putauit. Atque ita omnia quæ fieri, quæq; agi oporteret maturanda, ut si per paucos ætatis annos reliquos habuisset, nihil tamen minus quam qui diutissime in Pontificatu uixissent, de Rep. benemeritus uideri posset. Sin è uita (quod maximum præpotenti Deo beneficium debemus) serius quam tunc sperauimus excessisset, multorum Pontificum Max. amplissimam gloriam unus longo interuallo superaret. Sed quæ tandem eius Pontificis acta fuerunt? Quæ ad Dei cultum pertinuerunt primum colligam. Nam cum omnibus imperijs haud dubie religio salutem apportet, & à propitijs ac placatis numinibus mutuæ fidei firmitas, & incolumitatis ac securitatis certissima spes sese in hominum animis corroboret, Merito, iacto hoc sui Pontificatus fundamento, & ut beati essent, qui in ipsius essent imperio, effecit, Et per quam facile sibi ad immortalitatem uiam munuit. Hac in parte talis fuit Paulus, ut post Syluestrum, Leonem, Caium, Gregorium, Coelestinum, qui postrem fere Pontificum Max. in diuorum fuere prouectæ sanctitatis numerum relati, nemo accuratius, nemo uigilantius boni pastoris principis, fidelis pastoris, sedulo ac solerti hominum animorum tutoris officio functus fuerit. Sacra enim ut per minores Pontifices, & quosuis sacerdotum ordines ubi-

Pontificatus acta.

Religionis curæ.

cunq;

cunq; Christianum nomen ungueret, rita pareq; fierent, diligentissime curarunt. Nullum in urbe sua prisce atq; augustioris religionis delubrum, in quo non sepe ipsemet res diuine prefuerit. Statas certo solennesq; carmenias nisi cum forte langueret, nunquam intermisit. Iam uero quanlle caritate deuotarum Deo famularum egestatem sublenauit? Quam pia beneficentia eius quod Iesu nomina celebratur, atq; in dies longe lateq; per Italiæ atq; Europæ ciuitates propagatur, laudatissima uita fratrum collegium profecutus est? Quam misericorditer parentibus ac, fortunis orbatis pueri & uirgines, ut publice alerentur atq; ad ciuilis uitæ munia educerentur, instituit? Iure igitur nos pueri sanctissimum Pontificem alumni, funebres precationes uestras singultibus interpellantes alteram hanc orbitatem lugetis. Priorem uestrum plerum uix dum nati, aut certe parauli infantes amisistis, nisi ne sensistis quidem. Hunc non communem tantum, sed uestrum ipsorum proprium parentem agnoscebatis. Sed pergite iusta facere, pergite tam de uobis benemerito pariter parentare. Vestra illum pietas tam Deo gratosure reddit. Illius nunc sanctitas Dei uobis nunc conciliabit. Atq; ut in eo, qui successerit, uultu benignitatē ac misericordiā omnes desideretis, efficiet. Conuertit me Patres in diuersa utpiā parte uō magis sacrū, quā lugubre carminū concentū puerorū uox. Redeo ad religiosa Pauli acta. Quā illud ad exorandā Dei clementiā efficax esse debuit? Quod cū propter diras illas urbis calamitates et populorū defectiones, exhaustum et macrū omnibus copiis aerarū, ablatis annuis uectigalibus, nudā et omnis opis spoliatā Rēp. offendisset, ingēs et maximis necessarijs

de qui-

de quibus alio loco dicemus, essent cotidie sumptus tolerandi, re-
latis à misericordiæ largitionum dispensatore, uiro integerri-
mo rationibus, innumerabiles & incredibiles quædam pecuniæ
summa, cum ad egentium miserias alleuandas, tum ad nobiles
ex infima plebe urgente collocandas erogata reperiuntur. Qui
tam liberalis in pauperes fuerit, quanta is fuit in Christum,
Deum scilicet ipsum, obseruantia? Cum ipsemet omnis mise-
ricordiæ & benignitatis fons Christus, ipsa ueritatis uoce, sibi
eos benigne facere, qui pauperibus benigne facerent, affirmaret.
Magnum hoc & præclarum, quo quis modo in propatulo gestum
est, eo plenore uoce, & magis illustri prædicatione dignandum.
Illustria enim illustrium uirorum merita uulgo quæ nota sunt,
ne temporis diuturnitate obscurentur, hominum uitæ conducit
ad posteritatis memoriam prodere. At quæ dum fierent, quam-
ue dissimulantur facta fuere, maiorem pietatis laudem meru-
erunt, ea, si qui resonent, non magis ad ipsius laudem, quam ad
imitationis exemplum in lucem non prodierit, neque ingrati il-
le, neque inuidi animi crimine carere merito iudicetur. Sed ad ea,
quæ palam fuerunt bonorum oculis, aut auribus exposita, quæq;
occulte geri non potuerunt; religionis operæ remittatur oratio.
Quid uero tam laudabile, tam ad hominum salutem, & beatæ ui-
tæ rationem accommodatum, tam Pontificale, tam cum Christi
seruatoris nostri iussis congruens, quam quod cogitationes, consi-
Pacis stu- *lia, studiaque sua omnia ad pacem inter summos Reip. principes*
dium. *conciliandam conuertit. Didicerat nempe tum ex sapientissimo-*
rum hominum sententia, tum uero maxime ex diuinarum uocum

memi-

monuéris, pacis ne & naturæ omnem humanæ vitæ felicitatem, omnem promissæ à Deo immortalitatis spem conuerti. Scribat à discordia & diſsidiis, magnorum semper imperiorum pernicium atque exitium extitisse. Viderat in magna totius Reipub. ac totius Italiæ atque ipsius urbis cladibus, ob graues & fœdas principum inimicitias diuina atque humana iura violari, sacra prophanari, prophana ferri, agi, rapi crudeliter ac miserabiliter. Animaduerterat ac pene suis oculis inspectarat, sæuum illum & præfectum, nostrum, Italiæque nostrarum hostem sempiternum Turcarum Tyrannum, captatis atque obseruatis ciuilium, quæ inter se Christiani gerebant, bellorum motibus, dum odio atrocissimo incensi, uel de finibus imperii, uel de iure regnorum disceptarent ac digladiarentur, Christianæ Reipub. munitissimis propugnaculis Rhodo & Tauruno expugnatis, cepta uniuersa inferre Pannoniæ, maximas equitum peditumque copias traiecisse in Pannoniam superiorem, apparatissimas instructissimasque pradinum classes, ad utramque maris nostri oram populandam atque oppugnandam immisisse: Præsentissimum igitur ad sanandas Reip. uulnera, atque ad Turcicam pestem depellendam remedium esse arbitratus, si maximi ac potentissimi duo Reges, Carolus V. Imperator, & Franciscus I. Galliarum Rex in gratiam redissent, & amicitia firmoque fœdere coniuncti, aut arma posuissent, aut in communem hostem optimis auspicijs conuertissent, Missis de pace legatis semel & iterum, spectatissimæ grauitatis atque auctoritatis è uestro, Patres, collegio uiris, cum minus multo quam uellet, quamque opus esset, profectum intelligeret,

Quod

de quibus alio loco dicemus, essent cotidie sumptus tolerandi, vel latis à misericordiarum Largitionum dispensatore, viro integerrimo rationibus, innumerabilis & incredibilis quædam pecuniæ summa, cum ad egentium miserias alleuandas, tum ad nubiles ex infima plebe virgines collocandas erogata reperiatur. Qui tam liberalis in pauperes fuerit, quanta is fuit in Christum, Deum scilicet ipsum, obseruantia? Cum ipsemet omnis misericordiæ & benignitatis fons Christus, ipsa veritatis voce, sibi eos benigne facere, qui pauperibus benigne facerent, affirmarit. Magnum hoc & præclarum, quoque nunc in propatulo gestum est, eo plenior uoce, & magis illustri prædicatione dignandum. Illustria enim illustrium virorum merita vulgo quæ nota sunt, ne temporis diuturnitate obscurentur, hominum usus conducit ad posteritatis memoriam prodere. At quæ dum fierent, quanto absimulatiora facta fuere, maiorem pietatis laudem meruerunt, ea, si qui reserare, non magis ad auctoris laudem, quam ad imitationis exemplum in lucem non protulerit, neque ingrati illi, neque inuidi animi crimine carere merito iudicetur. Sed ad ea, quæ palam fuerunt hominum oculis, aut auribus exposita, quæque occulte geri non potuerunt, religionis operæ reuocetur oratio. Quid uero tam laudabile, tam ad hominum salutem, & beatæ uitæ rationem accommodatum, tam Pontificale, tam cum Christi seruatoris nostri usu congruens, quam quòd cogitationes, consilia, studiaque sua omnia ad pacem inter summos Reip principes conciliandam conuertit. Didicerat nempe cum ex sapientissimorum hominum sententijs, tum uero maxime ex diuinarum rerum

Facit studium.

mem-

nominem, pacis & naturæ omnem humanæ vitæ felicitatem, omnem promisse à Deo immortalitatis spem contineri. Sciebat à discordia & dissidiis, magnorum semper superiorum perniciem atque exitium exitisse. Viderat in magno totius Reipub. ac tractus Italiæ atque ipsius urbis cladibus, ob graues & fœdas principum inimicitias diuina atque humana iura violari, sacra prophanari, prophana ferri, agi, rapi crudeliter ac miserabiliter. Deformauerat ac pene suis oculis inspectarat, ferum illum & præferocem, nomini Iesu nostrorum hostem sempiternum Turcarum Tyrannum, captatis atque obseruatis eiusdem, quæ inter se Christiani gerebant, bellorum motibus, dum odio atrocissimo vicensi, uel de finibus imperii, uel de iure regnorum dissiperent ac digladiarentur, Christianæ Reipub. validissima propugnacula Rhodo & Tauruno expugnatis, capta uniuersa inferiore Pannonia, maximas equitum peditumque copias usque in Pannoniam superiorem, apparatissimas instructissimasq; predonum classes, ad utrumque maris nostri oram populandam atque opprimendam immisisse: Præsentissimum igitur ad sanandas Reip. uulnera, atque ad Turcicam pestem depellendam remedium esse arbitratus, si maximi ac potentissimi duo Reges, Carolus. V. Imperator, & Franciscus. I Galliarum Rex in gratiam redissent, & amicitia firmoque fœdere coniuncti, aut arma posuissent, aut in communem hostem optimis auspicijs conuertissent, Missis de pace legatis semel & iterum, spectatissimæ grauitatis atque auctoritatis è uestra, Patres, collegio uiris, cum nemo multo quam uellet, quamque opus esset, profectum intelligeret,

Quod

Quod ad tam graues tamque inueteratas offensiones ac simultates, nona quædam, ac minus usitata medelarum genera erant adhibenda ac sæpius nouanda atque instauranda, ea dum adhibet, quibus sanctissimus ac sapientiss. Pont. non rationibus, quibus iustis pijsque precibus ac deprecationibus non commendat? Cum tam graues animi ipsorum Nicæam usque profectus, in Caroli ipsius Cæsaris, et Francisci Regis, (ambos amplitudinis & Maiestatis causa nomino) congressum & colloquium tuleris? Nam cum biennio ante, redeunte confecto paulo Cæsarem in urbe triumphali cum pompa accepisset, & ex eius sermonibus perspexisset, non fore difficillimum utrumque Regem ab omni re acerbitate ad placabilitatem & lenitatem reuocare, modo ut congrederentur familiarius, eorumque ipse congressibus & sermonibus interesset, et quam de pace conceperat spe, Rex doctus cautate, & auertimus reliquos quondam aculeos incitatus, omnem malendinum, quam antea potius ipsam censuit condonandum. Tu hic uero longi atque incommodi itineris optatissimum fructum, Perfecit enim cum rationum ui, tum mitissima orationis lenitate, & peruicacissimorum animorum pertinacia, ut pactis in annos octo inducijs, tantas ac tam certas inter se communitionis significationes illi reges dederint, ut qui otium ac tranquillitatem expeterent, illas uerbo inducias, pacem re futuram augurarentur: et qui rerum essent nouarum cupidiores, admonas tam artes turbandi ac refundendi omnia, se uestigandas comparauerint. Non destitit Paulus, cum eodem cuius certissimum fuerat nomen secutus, Deo reducente in urbem redisset, omni studio & conatu suo ex

Nicæam profectus

pertus,

periri, eius, elaborare, ut omnium quæ adhuc reliqua esset, vltimum semillam extinguaret: omnem disseminatam omnium memoriam semper vna oblivione delerent. Quare quadriennio post, vltro ad Carolum Imp. Lucam mittunt, vt sua apud eum auctoritate conglutinatam illam concordiam vel tandem frangeret, & rebus pacis fundamenta, sedulam vtique inquisitionem, consolideret, obsisteret. Duo tantum prodiderunt: vnum ut verba eadem de causa excurbo profecto, Baxeti ad consultandum collocandum, eidem Imperatori, qui vtrum in primis sententia confirmaret, presto fuit. Scilicet quidem, Patres, dormitur, quum non ipsi, sicuti nostra pene memoria, rebus omnibus interfuissent, quibusq. hæc dubia essent, non præsentium oculis fuissent expostta, An illa non fingerentur ad Pauli animi exornandam, non ad rei gestæ veritatem exponendam commemorari putarent? Quid enim o eiusmodi facile, quam hominem qui in toga imperatoria dimicaxat officio, inter sacra & religiosas cæremonias etatem totam exegisset, iam septuagenarium, & ea etiam ætate grandiorem, in magnis armis caloribus, per asperrimos Apennini montes, in extremos Liguriæ fines, & admarinas alpes contendere non dubitasse? Et quidem ex omnium quisquis interpellato hostium, audiendum, aliqua tuba, fortunæque sonetho (ut Poeta inquit) ab urbem Hannibalem ex medias exercitus Galliæ urbes excucurrisse? Hoc quis unquam tam grandis non Pont. Maxim. fecit? Aut quis in expeditionibus Imperator, in armis miles, in re militari quibusvis gubernator consensus? Quem tam pelli, vel ætas abduxit, Quid ad eas diligentias inertiæ non abhorruit? Nam

Ad Carolum Imp Lucá pro tectus.

Baxetum.

dinum Romanumque concessu sanciunt sua veram ac reputent vindicent? At Paulus de se nihil sua salutat, modo ac per se salua esset Resp. quam per se, atque eam salua, quam ipse eam constituisset ac firmasset concordiam; salutem fore confidere sibi posse videbatur. Tantigitur omnium priorum rectorum perpetua erga commissos sibi populos omnes, spes alacritas, labor meus. Religionis ardor, me & infensarum plerunque tempestatum incommodationem non pauentem tantum, sed hilare etiam & iucunde sustinuit. O virum priscæ illi pietate ac fide flagrantem. O memorandum omnibus gentibus ac seculis pacis studium. Quo sane morem ac priscis illis quidem Pontificibus, Lino, Cleto, Anacleto, Telesphoro, Vrbano, Felice, Clemente, Marcellino, cæterisq; qui sanguine profuso, suam posteris in Christiana professione constantiam reliquere parem, nunc illum potuit præstare. Mirato itaque quotidie fieri Paulus faceret, omnes ad eam plan, tanquæ omnium communis oculi ac tranquillitatis parentem, quasi è cælo delapsus esset, circumdare atque mirabili inspectandum ex vrbe, oppidis & vicis vndique, in agros & vias multitudo se effundebat. Exultantes gaudio omnis oppidanorum atq; agricolarum turba. Matrona cum pueris & virginibus, cuiusq; ordinis atque ætatis viri. Olivæ frondem præferentes, reliclæ à Christo hæreditati, Christianæ Reipsius nempe pacis symbolum, & sacrosanctæ perpetuæ pacis studiosum religiosumq; principem deum ac dignissimum vitæ tutelæ auctorem salutabant: optimum omnium gregis pastorem, communemq; ac verum Christianorum omnium regem & populorum

pulerunt patronum appellabant: latis uocibus ac fuſtis plauſibus uenera, cogitationes, colloquia, actiones proſequabantur. ſecunda precabantur. Non audita ommouere. ipſe tot annis uenerum comes fio, & fane nihil à me fingi & uestrum Patres, pars fere maxima, & tacita mea ipſius mihi cibus eſt recordatio. Quid uero Paulus, ut his omnibus, huic de ſe hominum expectationi accumulate reſponderet, non multus eſt? non agit? non contendit? adeundi fuerunt reges, adhibiti, mittendi ac proficiſcendi eorum colloquia operiundi, interfuit, præfuit. fuit ne diuus in gratiam exorandus, exorauit. At non fuit ille quidem quam debuit perpetuus ac diuturnus. Quis neſcit ingentes plerumque moliones ſine artis ulla, ſuis naturæ fuerint, extremo aliquo & aduentitio impetu ſubito dirui ac ſubuerti poſſe? Magna & præclara humanum opera, præalta urbium mœnia, uaſtas in montibus moles rerum tellurem motus ſæpe demoliti ſunt. Aut ſubita quæpiam maris illuuies, aut inopinata late diffuſus ſub uoraginem non ingentes tantum campos, ſed ſumma etiam montium iuga abſorbuerunt. Nulla eſt tanta cuiuſuis rei, nullus tam uehemens impetus, qui cum humanæ linguæ potentate comparari poſſit, ea ſi facultate ſua ad animorum communiones diſiungendas abutatur, nulla reperiri poteſt tanta mentis aut conſilii ſtabilitate firmata concordia, quæ malitioſorum ac factioſorum hominum uocibus, & non publicis bonis, ſed ſuorum duntaxat commodorum ſagacium ſermonibus labefactari & conuelli nequeat. Quid igitur? ubi uidit tot ac tantos labo-

res fuas, tantas animi corporisq; contentiones, certorum hominum improbitatem ne dicam, an potius impietatem & vrtas fecisse, ac non modo vniuersum Resp. corpus per salutaria pacis remedia profanum sanari non recipere, sed in dies magis furiali seditionum morbo, alios atque insuper alia membra exitabescere, non prorsus animum desperdit, aut de pace spem abiecit. Nullum enim vnquam tempus remisit, quin per legatos ab vtla falsarum opinionum impia & bellis furoris inuentia, principum animos mutare atque abstergere conatus fuerit. Quoties instructas ad prælium acies, quoties collata iam propè signa, Pauli legatorum dimouerunt? Quotus infestissimorum & ad mutuam cladem paratissimorum exercituum ictus, à Christianorum inguibus & cervicibus modo in Turcas, modo in Persas auerterunt? Turcarum autem bellum eius in primis horatio & impulsu susceptum, ac terra marique vigore apparatuq; gestum est, Verum quam multa non alius quisquam Pont. Max. sub arto Imperatore suo misit? Nauticas Terrestresq; copias magno impendio, in summa rerum tenuitate tandiu alit, vsque dum Cæsar Tunetum expugnarit. A Vienna vero vrbe, & à superi maris littore infestissimus atq; impotentissimus hostis, qui Italiam nouo & insolito classis transmissionem moliebatur, intra fines ipsius fines repelleretur. Interea vero cum eisdem hostis neque cœptis nis insidiis vacuit, neque in alios magis inualescens ac se corroborans impetus alter sustinendi posse comparatum haberet, quam subelicissima Germaniæ gentes ac populi, quæ per sectiones, atque intestinas discordias, perque maximo impias de toto religio-

Bellum in Turcas auersum.

nis

uis iure disceptationes, à Dei primum numine, deinde à suorum etiam principum imperijs discesserant, a caeco mentis errore abducti fuerunt tam desuerint, & ad veram atque à maioribus traditam, Dei sancte pureque colendi rationem revocarentur, ad universum Christianae Reipub. concilium, quod iam tum vix dum Pont. creatus, indixerat celebrandum, omni cura, studio, animi contentione incubuit. Non erant profecto in dubium ac in noua controuersiam denuo reuocanda, quae de omni religionis iure ac forma, deque iis quibus religio ipsa contineretur quaestionibus, de sacerdotum vita & moribus, de tota Antistitum, atq; ipsius Pont. Max. potestate atque auctoritate, in tam multis conciliis disceptata ac constituta fuissent, & in iis quatuor maxime, quorum decreta maiores nostri nō minore fide & obseruatione, quam ipsius Dei & hominis uocem aestimanda censuissent. Est consultandi atque ambigendi locus, cum in rebus neque discussis, neque conclusis assensionem animi expedit sustinere. At quae grauissimorum virorum & optime de Christiana professione meritorum sepe sententias, suo sepe ipsorum etiam sanguine sanctas tam prudens essent deliberationes, non tam opinionum concertationibus, sed pertinaci obseruandi atque obediendo fuerunt persequendae. Atridith ut populi, illius pertinacissimum seditionum auctores facerent, cum perductum in animum nunquam posse facilius exploratum & cognitum haberet, tam quam essent arctissimo amplexati, non libere, sed licenter, non impune, sed impunitatem optimus Pont. reliquum Clementis mediocritatem, non ui & armis, quasi vitiatae & corruptae corporis partis,

Concilij indicti & celebrati

ferro,

ferro, & adustione cobercendam sed ea, quam ipsimet fauorum uelut ancborarum suarum secessionum habere se simulabant, sola eorum consilia auctoritatemq; eorum uecordiæ atq; amentiæ frenos arctatura(ut ita dixerim)nocendum censuit. Mantuam itaq; primum celebrando concilio locum elegerat. Quæ urbs commeatu omnibus securitatem summam, præterea commeatus & quæque commoda large suppeditare posse uidebatur. Verum exorti repente in insubribus nouarum rerum motus, in loco statuendo sententiã ut mutarit, effecerunt. Quare Vicetiæ rursus indixit, cum nihilquam commoditatem, tum uere maxime salubritatem & ex salubritatem secutus. Deinde, quo ex omnibus Germaniæ ciuitatibus, à quibus erat illa dissensionum pestis depellenda, minus grauate pro loci ueritate quam uellent multi conuenirent, non sustinuit tantum illis oppidum, sed quod in Germaniarum primarum ditione erat, maxime fidum atque hospitale Tridentum constituit. Eo uti prius Vicetiam, & legatos suos è uestro Patres collegio uitæ dignitate, & cum omni literarum scientia, tum diuinarum humanarumq; rerum prudentia præstantissimos, alios ac subinde alios misit. Eo magnorum nostrorum Pontificum nonnullos demissos per Europam ad ultimas usq. terras nuncios, in unum congregauit. Eo Germanicarum sectarum principes, nouarum religionum auctores & professores creberrimis adhortationibus, paternis precibus & cotidianis suasionibus ut adiuuarent, uix tandem operam dedit. Sed cum illi peruersissimarum opinionum pertinacia ob duratis modo causarentur, modo tergiuersarentur, modo maledictis & conuiciis tam prauis, tam falsarum, quamque

ipsi

ipſi per tot annos, quaſi maxime neceſſariam eſſe legiſſent, actio nem eluderent, ubi uidet eos quos ad diem dictum adeſſe uix ut dubitaret, adduci poterat, fruſtra iam triennium expectari, atq; interea ſumptibus intolerabilibus Rep. rationes onerari, non eſſe tot Pontificum, qui ex alijs, atque alijs orbis terræ partibus, à Gothis uſq; & Hibernis, quin Aethiopibus & Indis, Ac prius etiam nobis incognitis, paucis uero ante annis, Hiſpanorum Luſitanorumque ſolertia repertis in Oceano Inſulis Tridentum conuenerant, patientia abutendum ſtatuit. Mandat itaque per literas ac nuncios legatis ſuis collegis ueſtris, Acontio, Ceruino, Polo, uiris optimis & grauiſſimis, atque omnino quorum uocaria in tanto negocio uteretur opera dignißimis, certis ac ſtatis diebus Patres in curiam ut uocent. Ibique ſingulis conſeſſibus res ad religionem Reſquepub. ſummam pertinentes, more receptoque à maioribus tradito referuntur. Sententiæ grauiſſimæ atque ornatiſſimæ dicuntur. Senatus conſulta magna cum auctoritate perſcribuntur. Iam properabat ut ſuo tanto operi clauſula adderetur, cum repente propter loci angußtias (ut in conferto inquilinorum turba par fuit) peſtilenti morbi contagione, non tantum ignota tenuiq; capita, ſed cotidie illuſtrium etiam uirorum funera ducta ſunt. Noua igitur ſuit concilio ſedes deligenda. Aptißima viſa eſt Bononia, & quod non longius quam quatridui abeſſet, & quod omnem quæ illuc conuenißet multitudinem ſolet hominum alere, & domorum laxitate facile poßit capere. Hoſpitaliores uero gentibus ac nationibus urbs profecto nulla. Nam & optimorum ſtudiorum domicilium, & bonarum artium altrix, &

educatrix

educatrix valuit quidam ab hinc multis amplius annis fuit. Et quod loci, quæ sua est opportunitate, nulla tam sæpe cum Pontificibus Max. Regum atque Imperatorum congressibus & colloquijs patuit, & augustissima eadem semper habita est sanctissimorum fœderum ara. In eam igitur urbem ita cuncta prudentia translata est, ut loci mutatione neque quæ ante decreta fuerant ea alta referri, neque denuo alia referri unquam intermissum fuerit. Ea fuit Pont. optimi ac sapientissimi in paranda concilio constantia, & per omnium alienatas animorum partes sua persuasa populos ad Christianæ legis unitatem revocandi studium. Tanta flagrauit Christianum nomen concilianda & consociandi cupiditate, ut neque sumptus magnitudine, quem in elevdo magno doctorum hominum numero iam prope totum quinquennium tolerauerat, nō desiderio clarissimorum virorum, quorum eximia opera atque officio carere nec poterat, non pestifero pestilentiæ imminentis periculo, à pulcherrimi operis progressu revocari aut deterreri potuit. Magna hæc sunt confirmacia in tuenda ac redintegranda religione animi documenta. Sed quid tandem dicat aliquis hi tantarum actionum conatus Reip. profuerunt? Districtum Christianorum in Christianos gladium, non propterea ab ipso quasi Christiana Resp. corpore auersa sunt. Est certe hic Pauli consilio eximius profectum, quod pestes & discordiarum pernicies omnis usq; ad extremos artus à præcordijs et reliquis vitæ certissimis sedibus reiecta. Nec vero quæ summa quæ sunt in quouis rerum genere, assequi potui, non summe proximam laudem, quæ & summam quorum in ipso sunt,

mercatur.

meretur, si cum ad optima quaque & maxime salutaria aspiraris, quæ optimis proxima sint, saltem fueris consecutus. Vnum mihi restat de Pontificis PAVLI actis memorandum, antequam ad eas uenio laudes, quæ non magis Pontificibus Maximis propriæ sunt, quam in alios inferioris etiam gradus principibus, non illæ quidem frequentes & cotidianæ, sed quæ optari certe, & ab his quorum sunt imperio, maxime expeti solitæ sunt. Est uero id, & ad præsentium oculos atque animos memorabile, & ad posteritatis memoriam tam insigne, ut eius magnitudine tota orationis meæ uis debilitetur. In eo ego & quod res ponderi non prope succumbo, paucis immorabor: Et simul quod cum uestris Patres communem etiã laudibus, uestramque quam proxime dignitatem contingit, meæ uestri puderis uerecundiæ dicendi breuitate consulam. Estis uos Patres sanctissimum Christianæ Reipub. consilium. Certa uos estis & splendidissima terrarum lumina, atque ut appellamur, sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ. Cardines. Quod solent uestri huius longe grauissimi, atque ornatissimi senatus auctoritate ac sententiis, tanquam firmissimis Cardinibus, relicta à CHRISTO Apostolis, ideſt legatis suis, Reip salus atque incolumitas nititur ac sustentatur. Quanto uero uestra ista suprema dignitatis insigne, fasces, laticlauia, atq apicis purpura, ordinis ac sessionis primatus, & ad speciem sunt quam cæterorum orbis terræ Principum ornamenta illustriora, & ad religionis ac maiestatis decus augustiora, tanto uos profecto decet non solum generis claritate, sed morum probitate, uitæ integritate, ingenio, uirtute, sapientia, ac-

que omni doctrinæ genere, cæteros omnes publicorum consiliorum auctores antecellere. Animaduersum uero est omnibus temporibus, hanc ipsam Remp. uestram post acceptum à Constantino Imperium, saluam maxime & florentem fuisse, cum non optimum tantum Pont. Max. sed simillimos etiam Pont. Maximi consiliarios, selectos scilicet uestri loci atque ordinis uiros, nacta

De Cardinalin creatione

fuerit. Hac in parte supplenda quoues oportuit patrum memorum, & optimum atque honoratissimum quenque hoc honore ornandi atque honestandi, nullius cuiusquam Pont. Max. laus tanta fuit, quam eam PAVLI *in patribus delegendis iudicium adequare. De Iulii. II. collegio iam uix unus & alter, nonnulli quos Leo. X. conscripserat, aliquot quos Clemens, reliquerant, clari omnes, & quorum in magna temporum uarietate ualde spectata uirtus fuerat. Eorum sibi quam simillimos conscribendos & coptandos Paulus censuit. Fuit nobilitas, & natalium splendor requirendus. Regio multos genere illustres adiuuit. Fuit uirtus, fuit ista dignitas bonos habendus. Ex omnibus Italiæ, ex omnibus Europæ partibus in uestrum ultro consessum accitos atque inuitauit, quibus uel ipse iampridem iudicasset, uel nuncupata fama accidisset, primas honestatis ac sanctitatis, primas disciplinarum atque optimarum artium laudes debebat. Fuit laboribus pro Republ. susceptis gratia referenda. Accessit huc ordinem sunt adsciti, qui studia, qui fidem, qui fortunas, quæ ætatem totam in magnis & grauibus Reip. negotijs ac muneribus consumpsissent, qui corpus manifestis difficillimorum & infidelissimorum pleruncq; hostium, longinquarumque legationum pe-*

riculis

riculis obtexissent qui unam denique caputq. suum uestra Patres cura denouissent, ac sanguinem etiam minime inuti, dum eius salutem & auctoritatem tuerentur, profundere parati fuissent. Quae igitur & quam clara lumina, quae uirorum decora, ad eos, quos proxime superiores Pontifices reliquissent, ex Pauli delectibus accesserunt? Praesentium ac nouentium, uestro pudori parcens nemonem nomino: Nemo tamen hic latet, in quo, quae paulo ante attigi tam ornamenta, qui multus uestros atq; era intueatur, non in singulis modo singula, aut in omnibus omnia, sed prope in singulis omnia, quamfacillime quamque uerissime tacita agnoscat cogitatione. Sed quae unquam magnorum & multiplicium literarum & uirtutum laude cumulatissimorum hominum nomina delebit oblivio? Quae temporum iniquitas pulcherrimas non corporis, sed suas animorum imagines, quas ipsimet aeternis consignarant literarum monimentis, potest obscurare? Video Patres, ex una tam paucis expressa uerbis significatione nos communem. Credo quod animos uestros demortuorum collegarum uestrorum, acri quodam cum desiderio subit recordatio, Contareni, Simoneti, Fregosii, Gyraldi, Iacobatii, Alexandri, Bembi, Sadoleti, Cortesii, Ardingelli, quae illi fuerunt, summe DEVS, uitae exemplaria? quae ingenii, uirtutum ac doctrinarum lumina? Sed cum satis eos tam diu luxerimus, non committam ut refricanda tantorum uirorum memoria, aduentitiu doloris causam quaeram, & quasi obducta iam cicatrice manus audeat admouere. Scio ego Patres, ex eorum numero quos PAVLVS adlegit, alios multos horum quos nominaui, & uestri adhuc nouentium quamsimilli-

mus è uita excessisse. Verum qui primi contagium meæ occurrerunt, eorum ego neminem enumeraui. Sed cum diuersis temporibus non pauciores quam LXXX. ab eo edidi fuerint, quem eorum non maxime probastis? quem non dignissimum qui in uestrum numerum adscriberetur, iudicastis? quem tam receptum non fraterno estis amore complexi? Nepotes quidem suos, ALEXANDRVM primum Farnesium, et Guidonem Ascanii Sfortiam, ex longo deinde uiuentis Rhamnusii Farnesium uxorem dum peterent uobis collegas dedit. Sed qua indole adolescentulos? quo ingenio? quam liberaliter? quam præclare institutos? quam supra omnem ætatis captum, cum multa rerum intelligentia, tum mirifica quadam communis sensus præditos excellentia? Et sane eos non modo uobis non recusantibus, sed rogantibus etiam atque efflagitantibus dedit. Et tam uerecunde eos nominauit, ut facile appareret, uobis obsequentiorem multo, quam nepotes ornandi cupidiorem fuisse. Quid uero potuit aut à uobis amantius expeti, aut ab illo elegantius decerni? Fuit hoc uestræ erga PAVLVM obseruantiæ perspicuum argumentum. Fuit ipsius erga uos fidei certissimum pignus, Firmissimum mutuæ benevolentiæ uinculum. Et uero nunquam fuit quamobrem aut uos illi expensse, aut uestris ipsum precibus indulsisse putaretur. Tales in uobis domesticæ disciplinæ institutis atq; exemplis præstitit Paulus: Tales ipsi pro natura sua bonitate euaserunt, ut Pauli nepotes non magis de facie, aut de maximis quos peradolescentes ceperunt, & cum summa omnium ordinum laude gesserunt honoribus, quam de morum & uirtutum præstantia, quasi felices è ge-

Nepotum in collegium cooptatio.

nerosa

tiam, quibus rebus facile perficit, ut et paciores quam quisquam unquam princeps somno horas dederit (cum antelucana sæpe tempora vel in negotiis, vel in ua sine ulla molestia consumere potuerit) et medicis uti, unus omnium quam minime necesse habuerit. Vires itaque corporis, hac firmas perpetuo et æquas prope annum urbis præstitissent. Auxisset vero ingens ob susceptam atque cursum tam prum, tamque exoptatam expeditionem lætitia. Verum cum illorum nimis, ben nemis, propagata intestinarum discordiarum semina, pulcherrimi voti compotem esse non sinisserat, alia quæ ad ornatum imperatoriæ illa quodam modo referri possint, ea præclare ac magnifice gerendæ tempora atq occasiones non prætermisit. Nam cum ipsummet non deceret, bellorum causa quæ non indicerentur ab universa Repub à sacrorum procuratione, à Romani arcis, sedis, palmarumq; sedere, bellam cum turca cum Turcis Cæsarem institutissimum esse, et aliquin tuæ terræ contra paganique plurima sunt. Eidemq; ferocissimos Germaniæ populos impios à religione institutisq; maiorum, sedationibus ab alienatos in ordinem cogere, ab urbe in Noricum usq; et Vendelicos lectissimas ad mille et ducentos equitum ut armis, pedestri simplus duodecim millia præsidio misit. Quibus sæpe auctibus, post uetera illius Ro. imperii tempora, quando vel maiora, vel meliora, vel ad speciem ornatumq; pulchriora alperanfortasse, qui eo tunc spectarunt, neq; se vidisse, neq; audisse, neq; legisse meminerunt. Eò vero fuerint admirabiliora, quod illis cum Alexander hic Farnesius, Pauli Pontificis, ducum suo nomine, Octavius Farnesius et Sforcia Sanctissimus imperarunt,

In Germaniam missa auxilia.

rent, ita permansit in officio miles, ut quacunque illa agmina ducerent, non detrimenta, sed quæstum, non molestiam, sed voluptatem populis apportarent. Haberent uero præ oculis, quibus res gestæ P. R. ex literarum monumentis cognitæ essent, priscæ illius continentiæ exempla: Neque magis fuisse uel Africani, uel Catonis Censorii, uel Æmilii Scauri, abstinentes exercitus putarent. Nos uero qui non prorsus ignorabamus, quæ præcepisset, quæ monuisset, quibus cum mandatis nepotes tuos PAVLVS dimisisset, in tuum adolescentium ductu auita consilia & auctoritatem insuebamur. Atque harum quidem copiarum ad uentus uix dici possit, uel quantam hostibus trepidationem intulerit, uel ad quantam successuum spem Cæsarianos rexerit. Vidi ego, cum in castris, quæ tunc ad Naustadium Vandalicorum castellum ulteriore Danubii ripa fuerunt, legatum Cæsar complexus, alacri nullo atque gratissimo aptissimam sibi atq; opportunissimam rebus suis, illam tam præclari subsidii accessionem est gratulatus. Ea profecto quæ in Germania illæ cohortes, illi duces, illa ex urbano delectu milites, uirtutis suæ monumenta reliquerint, nihil attinet hoc loco dicere. Neq; enim tam multis defuerunt, qui suis eas res commentariis expositas in uulgus ediderint. Satis liquido iam ex his, quæ de bellicis rebus à me sunt perstricta, constare arbitror, magni imperatoris PAVLI, neque animi comparationem quandam, neque postremo aliquam etiam declarandæ bellicæ fortitudinis facultatem defuisse. Sed orationi modum iam mea statuere conanti, cum se mihi plurima eius animum offerant regiæ summi huius principis uirtutes, neque possint omnes

breuiore, quam pro eorum laudum numero, oratione concludi, ac iis tamen nouitas, quæ in PAVLO maxime illustris fuere, animaduertamus, tacitos nullo modo præterire possumus: ac primum quidem tanta fuit humanitate, tantaque affabilitate, vt quem optimum iudicioque suo probasset, & vbi cum per ambiti quadam erubescentia, & verborum lenitate ad suos mores conformandos mutaret. Ea ad eum nemo fere vnquam bonus accessit, quin eius oratione semper conciliatus, beneficio sæpe donatus abierit. Iam vero non ad opulentissimi regis, sanctas tamen opes non possidentis, vt omnium postulata benigne sibi possint respondere. Neque tam late patere gratia posset, vt omnibus quæ rogarent, omnia concedi iustaque fieri PAVLVS nouisset cum potius & sciuit, non benignissime fieri. Quod vero sibi proximum beneficentiæ locum vindicat, quam fuit omnibus adiru facilis, vt non modo salutatores atque meritorum erga se omnes domus recessus admitteret, sed in publicum vrbis, cum per valetudinem licuit, prodiens, sui conspectus & suorum omnibus gratus & acceptus, sermonis atque vultus hilaritate reficeret: & ne diuus vel diuulsus alteri, vel gestatorem, vel aquiuolum ferre oporteret, diceret apud eum summissa verba quamdiu quisque vellet, & audiretur placidissime, atque ita dimitteretur, vt ne à priuato quidem homine, aquibusque fuit audientia sibi benignior fieri potuisse præcluderet. Neque vero tantum ad mansuetudinem, grauitatique summa in omnibus vitæ & bonis suis, sed animaduertendi etiam in eos, à quibus & lacessitus & læsus fuisset atrocitas, moderationem omnibus cum vtilitas, tum solemnis

Humanitas.

Facilitas.

memoria

Clemẽtia

Animi moderatio.

mémoria principibus ita antecellit, ut hanc ipsa præcipue regna, atque adeo diuina virtute, quam bonitatem, placabilitatem, clementiam appellamus, quasi cœlestibus alis supra omnem humanitatis laudem sublatus, in sempiternas illas cœlitum sedes facile ac merito subuolasse credi possit. Nam grauissimus illum, & quibusuis maioribus, & à quibus minime debuit, prouocatum iniuria omnes meminimus, & vlciscendi quidem id si optasset, potestatem fecimus: & defuisse non fuisse. Nulla tamen vnquam iniuria, vel à diuis figi armo durimus. Posse iam ego, Patres, quibus, quas fraudes, quæ commenta cum publicum scelus, in ipsum, familiamq; ipsius totam, excogitata & parata semper, quæsisset, commemorare, nisi ipsum quam lenitor & misericordior erga inter nos viuens, maximas & fœdissimas iniurias obliuisci malasset, tam pro nuncio & fando, immortalis animi fructum, illarum etiam rerum, illorumque hominum parem nemini nolle putarem. Audeant priores ad orationem meam curritus duæ, tam magnæ tamq; præclaræ, ut per eas maxime humana cum diuina natura coniungi & copulari videatur. In earum altera domus nostri, ordinis atque imperii conseruatio perpetua. In altera magni, clarique animi splendor, & cœlestes hominum conatus exsuperans magnorum operum molitio ac designatio: Prioremq; constantiam, hanc magnificentiam appellamus. Atq; ut cæteras omnium virtutes, sic harum maxime à diuina mente exstitisse perspicua & illustria exemplaria. Quid enim aliud, eam quam admirari nunquam desinimus, huius sane elegantem tamq; operose multa quam mundum dicimus, pulchritudinem

abrimdinem effecit & expoliuit, quam ſuperiorum inferiorumq; rerum uarietatis, ac uicißitudinis in eundem ſemper ordinem, ac naturæ conſenſum continuata ratio? Atque ob hoc quidem primum fortè Conſtantia ipſa in hominum actiones inſ hoxit & deruant. Iam uero illa cœleſtium orbium, atque ignium immenſa prope magnitudo, illa à rudi atque informi materia corporum omnium architectura, et ad uniuerſitatis formam partium inter ipſas coagmentatio, ad diuinorum operum primum admirationem, deinde ad quendam imitationis conatum, quantum inter has humanarum rerum umbras beatum eſſet, hominum mentes erexit & excitauit. Suos itaq; hinc ortus nacta eſt, quæ magnis maximè principibus propria ſemper uirtus fuit, Magnificentia. Harum utraque quoſnam ſibi ad ſuperos gradus PAVLVS extruxerit, deinceps uidendum. Ac primum, quid ego, quod uulgo notum eſt omnibus, in uita, uictuſque parte qualibet, atque omni ocij ac negocij deſpenſatione nihil eo decorum ordinatius, elegantius, decentius fuiſſe? Nihil in dictis factiſque omnibus grauius? In ſenatu ſtatis diebus habendo, ſupplicibus libellis ſubſcribendis, in legationibus audiendis, priuatorum cauſis cognoſcendis, diuiſque in primis rebus procurandis atque celebrandis, fuiſſe quem ſibi ſemel præſcripſiſſet, modum æquabiliter ſemper ac perpetuo, ſuoq; maxime tempore ab eo conſeruatum? Cum unicum eius factum facile quam admirabili conſtantia fuerit, planum et perſpicuum faciat: Et quod nam illud fuit? Cum ſemper inter diſſidentes reges Pont. Max. medium eſſe debere atque in neutram partem propenſiorem ſtatuiſſet: Ipſe nullis precibus, nullis præmijs, Ne- Conſtantia

qua cum regna nepotibus, neque cum Victoria nepti nunc nubili, regni filii nuptiæ proponerentur, ab optima sententia deduci potuit. Semper inter Gallorum Regum, & Cæsarum æquales & mediocres fuit, ad extremum usque mortalis vitæ punctum. Semper pacis quasi sequestrem, & caduceatorem se gessit. Age vero de PAVLI *publicis operibus, quæ se prisca veterum urbis magnificentiæ fere æquarunt, nisi multa, ne vestram in audiendo patientiam fatigemus, neque omnino nihil, ne tam præclara, tamque regia maximi principis virtus prætermittatur, dicere aggrediamur. Hæc ego in parte non forsan, vel aureum vultum ad sacrarii et pontificiæ domus ornatum comparatum, quæ ob incensis operis pulchritudinem cotidie cum summa admiratione spectatur, non facti auri & argenti luculentum pondus, non pontificium diadema tripharia præfulgens gemmarum, & margaritarum ordine successoribus relictum, non opuli apparatum, quod his quæ annis, quo die scilicet renunciatus fuerat, quòque coronam ceperat, publice dedit, non Agonalia, non ludos in Testacea colli area, ex longo temporis intervallo, magnificentius multo quam ante fecerat, memorabo. Speciosa quidem hæc, & valde etiam ad hominum memoriam insigna. At illa quanto ampliora? quæ cum* DEI *& divorum cultu, cum Po. Rom. ac totius urbanæ multitudinis vitæ ac fortunarum tutela communitam magnificentiam habuerunt? Templa ad sempiternum* DEI *ac divorum decus alia dedicauit, alia erexit, alia vetustate collapsa, sartis tectis nouandis ac restituendis instauraut. Nullam omnino sacrariâ ædium sacrarum nullo, signis, tabulis, argento, & auro plurimo non exorna-*

Magnificentia.

Publica & prophana

tis.

cit. In huius uero ipsius, in qua hodierno die funebris hæc pompa ducitur, Basilica exædificationem tãta cura meubuit, ut ea iam prope ad fastigium perducta, substructionum magnificentia, cum sacris omnibus huius ætatis ædibus antecellat, una cum septem illis, quæ olim miraculo toti orbi terrarum fuerunt, operibus comparari posse uideatur. De noua quidem cella, quam PAVLO *familiari cognomineq; diuo suo dicauit Deq: Atrio, quod regum legationibus admittendis destinatum, regum nomine celebratur, quid attinet dicere? Duobus his certe operibus, siue figulati laxuriæ artificium, siue picturarum pulchritudinem spectes, nihil esse in urbe uideatur, quod cum à Basilica discesseris, maiore fit cum admiratione conspiciendum. Iam uero uel anniuersarias, uel ex longiore temporis intermallo repetitas supplicationes, ante ipsum certe nemo apparatius instruendas, aut solennore cum pompa, maioreue Populi Ro. concursu celebrandas curauit. Intellexit præterea* PAVLVS *grauissimas atque infensissimas duas urbis felicitati aduersarias esse, crebram & prope annuam pestilentiam, & mortium, quorum omni fere ex parte hostis urbs erat perinia, infirmitatem. Primum igitur qua cura, qua diligentia, qua operum impensa prouidit, ut non minus perpetuo salubres essent urbis regiones, quam ante fuerant pestilentibus morbis infestæ? Nam & stagnantes in uaticani, et Ianiculi uallibus in paludum modum, aquas, quod earum exhalationibus cælum ab ea parte grauius redderetur, deductis fastigio in longinquiora loca fossis, exsiccauit. Uicorum et angiportuum tortuosos flexus ita removit, ut uias ad lineam ubique directis, & recentes*

Paludes exsiccatæ.

Viæ directæ.

semper aëras domus admitterent, & uentorum flatibus quasi liberius præterlabentibus, tum solis teporis lenirentur, tum uero adcensanda, lauandaque corpora nullam morarum noxam haberent. Perfectum itaque est, ut uetere illa urbi, qualis nonnunquam fuit, cum in septem sita esset collibus, salubritate reddita, multis iam partibus plures huc conuenæ undique sua transferant domicilia, quam quot ante uel sola inquilinos aeris, æstus præsertim, fugaret infamia. Nouis cotidie domibus areæ occupantur. Noua cotidie hominum frequentia, quam longe lateque patet, urbs celebratur. Priuata uectigalia prohxior a multo, negociatorum fides nullis temporum concussa casibus perpetuo stetit, suamque tutata est tam multos annos auctoritatem. Abundat rerum omnium copia, omni opificiorum genere ciuitas, & quod post ingentes diuorum superiorum Pontificatuú calamitates, ut fieri posse crederet, nunquam adduci quisquam potuisset, quando alio unquam tempore aut locupletior, aut pecuniosior fuerit, qui meminerit, aut sciat, nemo reperiatur. Hanc opulentiam, hæc domesticorú bonorú incrementa non dubitabat PAVLVS uindex fa fore, et ex eo prædatorú cupiditatem uehementer accensum iri. Omnia igitur hæc sibi quam tutissima, quamq. maxime custodita ut essent, præstandú censuit. Murú itaq ab Auentini fronte cõtra Frigemnú portam, per eiusdem montis latera utroq uersum, ducere instituit, aggere et structura tam ullum quidem uulnus, tamq ulla tormẽtorum, aut machinarú genere inexpugnabilem, ut omnis inuadẽdæ ab ea parte, qua per Hostiensem uiam accessus patet, urbis hosti spes eripretur. Eodemq. tẽpore muralis operis propugnaculú ad Capenã portam contra uiã Appiam exca-

Vrbs munita.

ſaut. Non poterat quidem PAVLVS *earum munitionum abſolutionem ſperare, cui ne dum unius quantumuis magnanimi, & unius principis ætas ſatis foret, ſed ad ea quæ inchoata eſſent perficienda, nullius cuiuſquam ſufficere poſſet principatus diuturnitas. Atonim cum cepiſſe aliquando tanti ſemper ſapientes fecerint, ut principium facti, dimidium appellare non dubitarint: His certe operum exordiis, & non paruam urbi ſecuritatem peperit, & iis qui ſucceſſuri eſſent, & munire urbem oporteret, et quibus maxime in partibus, et qua eſſet deſcriptione muniendæ, præmonſtrandum ſuſcepit. Qua ductus ratione, cum paucis ante annis per eam murorum partem, quæ Vaticano imminet, ſubita irruptione in Transtyberinam regionem facta, urbs fuiſſet à Barbarico exercitu occupata & direpta, eam ipſam partem uehdiſſimo muro, atque inexpugnabilibus caſtellis ac propugnaculis, à Ianiculo ad Tyberim, à leuo Vaticani cornu ad arcem, quæ molæ eſt impoſita Hadriani, circunſepſit. Quod certe opus, qui noſtri Patres, PAVLO ſucceſſerit, is ſi abſoluendū curarit, et ad PAVLI gloriam magno ætatis noſtræ plauſu aſſurgant, & tutū ac ſalutarem uniuerſo P.R. à belli periculis receptū præbuerit. Videtis Patres, quam multis, quamq; ingenti dignißimus admiratione operibus, quanto religionis amore, quāto publicæ incolumitatis ſtudio, ſe orbi oſtentarit, ſeq; in cœlum tam extulerit* PAVLI *magnificentia. Ad eam uero, quem attulit cumulum, excelſa illa ædificii moles, cum eminentißima & pulcherrima in Capitolino monte ſpecula? Illuſtratum alijs ornamentis Capitolium, & præcipuo quodam uſigio translata illuc ab arca Lateranorum, equeſtri.*

stri L. Veri statua, exornatum gradibus Capitolium Prætorij, munitoque ad Constantini arcum uno, ad rupem Tarpeiam altero cliuo? Quod sibi publicis omnibus urbis cum munitionibus, tum exornationibus, ab ipso donatam & tam prope exædificatam, medio inter Floræ campum ac Tyberim spatio, Farnesiam domum adiunxeris, attollentem se supra priuata omnia tectorum culmina, multaque lapidum & columnarum varietate, luculento antiquoperis statuarum ac signorum numero, structuræ magnitudine ac totius descriptionis artificio spectabilem,

Domus Farnesia.

quid in publica, aut priuata ætatis nostræ Maxim, uel Pontificis, uel regis uita splendidius, excelsiusue commemorari possit, reperire aut excogitare profecto nequeas. Nam qui urbem Romam, qua pauca maiores marmoribus in orbe terrarum urbes, nulla sane augustior, nulla maiestatis plenior, qui urbem ipsam Romam, sacris & profanis, publicis & priuatis ædificiis, tam multis, quam non multi ante ipsum Pontifices Max. ampliorem atque illustriorem reddiderit, qui quam insalubrem magna sui parte, & cænosam accepisset, perpetua cæli temperatione fruentem, atque omni soli illuuie perpurgatam, quam hosti permeabilem, accessu difficilem, quam denique ruinosam, & prope semo confectam, firmam & ita ad multam temporis diuturnitatem nouatam reliquerit, huic, quos magnificentiæ titulos, aut inuidere omnis posterior ætas debeat, aut non potius secundissimo hominum plausu tribuere? Expositis Patres, quantum cogitatione, & memoria consequi potui, uestri Pontificis Max. acta, uirtutes, merita, quæ illum nulli fere non parem, multis cum Pontificibus

Peroratio corũ quæ de magnificẽtia dicta sunt.

Max.

Max. tum uero magnis regibus atq; imperatoribus multo superiorem effecerunt: Nunc quoniam summorum uirorum gloria, ut sua à natura primordia, et à uirtute progressus, ita à bono euentu ueluti quandam accipit expolitionem, de PAVLI *felicitate* De PAVLI *cum pauca perstrinxero, huius laudationis tam perorandæ, suam* fœlicitate *adesse maturitatem intelligam. Vos, patres optimi atque amplissimi, obsecro, postremæ huic orationis meæ parti, pro uestra hodierna meroris mirifica significatione, aurium atque animorum attentionem tribuite. Qua enim me audiendi patientia prosecuti fueritis, eam piæ* PAVLI *memoriæ, uestroque isti maxime proluctui condonaueritis. Scio ego Patres, quod facile nos, & sensus communis tacita quædam ratiocinatio docet, & sapientissimorum hominum confirmat sententia, felicitatem supra humanam omnem laudem esse, eamque de se præstare neminem posse. Quare cum in Deo tota ferme sit mentis ac potestatis, neque cuiquam aduersæ res cuiquam, neque secundæ, laudi tribui satis certa et recta ratione possint: Deprecari has nobis licet, illas optare: alteras admiratione debemus, non prædicatione, non uituperatione alteras, sed uiseratione potius dignas ducere. Recte agere, & perpetram, quod nostra sponte est, aut in laude, aut in uituperandum, quod bene & feliciter euenerit, quidquid aggressi fuerimus, totum est id diuinæ numinis maiestati, quam multis fortunam libitum est appellare, acceptum referendum. Hunc ego cælestem fauorem tam præsentem ac propitium* PAVLO *adeo fuisse, ut in quoniam principe tam fuerit, tanque perpetuo summæ uirtuti admirabilis quædam adiuncta felicitas, ut omnia antiquita-*

tis

tu exempla animo & cogitatione percurram, reperire profecto nequeam. Quorum enim uita aut nefario scelere fuerit polluta, aut grauj aliqua corporis calamitate debilitata. Hos ego neutiquam fœlices, illos etiam miserrimos fuisse dixerim. Potuí ne. L. Sylla, potuit. L. Metellus fœlicis cognomento satis ure celebrari, cum illius animus perpetuis agitatus furijs, immanitate, crudelitateque sue nullum unquam modum statuerit? Hic annos multos oculis captus uixerit? Alexandri Magni, & Timotheæ Cononis filiu, Africam preterea et Octauiani Cesaris fœlicitatem, aque Latina ac Græca predicat historia: Recens, aut certe non peruetus memoria, Alfonsum maiorem Neapolitanorum regem, PAVLVM & Iulium secundos, Leonem x. Pontifices Max. in fœlicium numero reponi. At uitijs & uitæ probris sæpe gloriæ splendorem obscurarunt, & aduersæ tum publicæ, tum priuatæ casus omnem eorum prosperitatem contaminarunt. Nostrorum certe non parum secunde res fuerunt: sed nemo profecto extraneorum fuerit bonorum satis intelligens æstimator, qui non unius PAVLI, quam illorum omnium sibi malit atq; expetat fœlicitatem. Quid enim hominu sas fuit optare, quod PAVLO summus DEVS non larga & benigna manu impertuerit? Optabile est bono genere ac amplis fortunis atque in optima urbe nasci. PAVLVS è clarissimis ortus est parentibus, & hinc à Pont. Max. illinc à præstantissimis clarissimisq. Ducibus oriundis, isdemque locupletissimis. Patria et obtigit urbs hæc, dignitatis, maiestatis et imperij perpetuum domicilium. Præclarum est optimos omnium ætatis instituendæ duces ac magistros nanciſci.

Fœlicitatis partiũ enumeratio in qua ineſt totius orationis quædam quaſi ſũma.

400

eſſet: Quare gratum Deus habuit ſuis Philippus Macedonum rex, quod filium eo potiſſimum tempore ſuſcepiſſet, quo in magna fuit Ariſtoteles, propter ſingulare ingenium & incomparabilem doctrinam, nunquam celebrandus. PAVLI educationem eadem fere tempora, quibus cum in alias Italiæ ciuitatibus, tum maximè Florentiæ, Latinæ, Græcæque linguæ, & omnium ingenuarum artium ac diſciplinarum, magni & præclari doctores vigebant. Maturè publicos honores capere, & magiſtratus gerere fortunatum hominis putant. Vicissim verò tempus PAVLVS capere at, cum ad Reſp. accessit, & mentem exacta adoleſcentia in ampliſſimum orbis terræ collegium iſtud noſtrum eſt coptatus. Pontificatu Maximo nihil unquam in rebus humanis eſſe poteſt excelſius. Pontifex Max. ſæpe ante à comitijs exiturus creatus eſt, quod nemo eo dignior communi hominum opinione iudicaretur. Pontifex Max. creatus eſt, quo maximè tempore collapſam Reſpub. eius unius conſilio ac virtute reſtitui atque erigi poſſe, & collegæ eius omnes, & uniuerſi Reſpub. principes iudicarunt. Vita in Pontificatu tam ſit diuturna ut maximè optanda fuerit, non fuit certè magno opere ſperanda. Tam multos nero annos uixit, ut ante eum quam pauciſſimi, & ii licet multo maiore ætate creati fuerint, longior uita contigerit. Et publicas quidem res domi, foriſque quam feliciter, quamq: omnino ea ut nobis geſſerit, ſatis eſt ſuis à nobis locis explicatum. In primis uero quid non ea euenit, ut melius à DEO precari ſibi nefas eſſe putare non debuerit? Quam valde delectat florentem ætatem, & uirtutum indole ornatam atque inſignem hominibus ac tam

ad posteritatis certissimam spem, propagatam videre non illustris famulæ sobolem? Et sane excellis mortalis huius mitæ præmius hoc unum est, quæ pura et innocentibus polluetur in sacrosancta historiæ monumentis DEVS. Vidit PAVLVS Nepotes duodecim. Quam exiguus spectemus, quæ vix, non adultos, virtute, quibus in Reipub. muniis, à me iam ante dictum est. Vidit etiam ex Nepote, & Nepte Pronepotes, & quidem tenellos etiam fortunatam non est frequens, quam in incolumi optatissimum vidit ex Octauio Nepote, & Cæsaris filia desperata per multos annos sobole puerili gemmos. Quod si Diagoræ Rhodio universa Græcia quod filios tres Gymnicorum Olympiæ ludorum victores habuisset, Q. vero Metello Macedonico olim Romæ, quod à quatuor filiis, prætore uno, consularibus tribus, triumphatus fuisset, fælicitas quasi palmis dari videtur, & quanto hic ut
Posteri sui persistes. genero PAVLVS bonitate omnes nunc suos nepotes tuos colligere iustis operam dare, tanto uel Metelli, uel Diagoræ filios illustriores, quanto nostra Patres dignitas atque amplitudo superiores alios est, atq. uno tantum bonarum omnium bonorum opere superiores. Absunt exules, qui per ætatem, huic pompæ interesse potuerunt, Reip. causa quam spectata omnes uirtutes magnis olim omnes imperiis. Bonissimus igitur PAVLVS, cuius cum summa uirtute multiplex fuit coniuncta fælicitas. Fortunatum PAVLVM fæpissime appellamus, modo ut nihil animo suo fuisse tam DEO charum. PAVLVM fuisse meminerit, nisi quem sui ab ipso nascendi munus sibi unum DEVS delegisset, in quem tot tantasque dotes conferret, quas & quantas nemo, qui modo in

sperando

sperando esset moderatior, à nobis nomine auderet optare. Huic ego domo fauori tam hac que de felicitate nuper exposui, tribuenda iudico, quam rerum ab eo preclare gestarum prosperitatem omnem, summe & praestantissima eius uirtutis cumulum fuisse opus, iam ante demonstraui. Neque enim unquam Patres adduci potui, ut mihi assentirer, qui uim uel uirtuti, uel fortune aut omnino, aut nisi prorsus humanarum rerum concedentem. Nam ut multa sunt, quæ ad hominum felicitatem cum euentum ipsorum nihil posito possunt, sic propemodum alia quædam eiusmodi genera, sibi certa recta, omnia grandi, & ingenti celeritate consilia magnitudine explicandi ratio ita uindicat, ut nullam in his, nullam potestatem sibi fortuita queat arrogare. Nihil quidem in PAVLI acta uitam, tam preclare eius uirtuti respondisse fortunam uideri solet, ut magnam utrinq. & planè diuinam fuisse audiam. Sed certorum atque expressiorum multis partibus uirtutis prouocationem, quam fortunæ obsequium. Eorum ne, quæ iam commemoraui euentorum, non uix multa à fortuna, plurima à consilio, atque alte cuiusdam mentis tacita quadam ui profecta, non difficulter intelligi, quis rerū omnium quam recte, quam maxime opus sint ratione gestarum inuia, progressus, exitus perspexerit. Quod si magnus ille mimus uulgaris inter Græcos sapientiæ auctor, affirmauerit, atque exclamauerit deum summum esse diuus calamitatum. Cur ego bene, & præclare à PAVLO gesta rei non multo maximam laudem perfectæ rationi, & orationi dicam, quam sapientiam & eloquentiam dicam, accepta referendam puto? Nam quid laudem

huic, cuius nomen tam sæpe hominem usurpant, fortuna est? Ego ista sic, & sublimis ad humanos casus aut contemnendos, aut perferendos virtus. Fauens ac propitius tuus DEVS, parum certe inter hæc ubi resideat, aut dominetur, fortunæ locus relinquitur. Cæca quædam vis ea est, quæ in vis dum erat, quæ prouideri non potuerunt, cernitur, quæque cum neque ab instanti, neq; ab insequenti tempore naturæ suæ accipiat vis, neque omnino sit vis, sed eius fuga tantummodo animaduertatur, tam nihil est, vt quid notionis habeat, aut quid planè sit, ne illi quidem satis explicarint, qui omnibus quæ rebus proprium ac suum esset, certis comprehensum habere se finibus professi sunt. Atque hæc quidem, in qua de fortuna agitur parte, qualis PAVLO declarande virtutis occasio, quale se obtulit tempus? Is enim si perpetuo secundis (quod aiunt) ventis vitæ cursum tenuisset, maximus ille quidem, & felicissimus, vt in tempestatum tranquillitate gubernator haberi potuisset, sed quam sapienter ac fortiter aduersis se casibus insuperabilem atque inuictum præbuisset, quibus ex rebus id opinari ac sentire possemus, signi aut exempli causa nihil nobis reliquisset. Atenim extremus vitæ quasi actus facile declarauit, non maiorem illos temporum casus ad eius animum angoribus perstringendum, quam rationem ad virtutem vehementius excitandam, vim habuisse. Nam cum exiguo temporis interuallo fortuna totam domum reipublicæ carissimorum capitum mortib. funestasset, & postremo inopinati funeris acerbissimam plagam inflexisset, quam ille vnquam priuati doloris significationem dedit? quam ad primum atrocissimi luctus nuntium non grauis-

Animi magnitudo in aduersis.

sime

Iuno philosopho nichon generosissimo, & omni fortuna maiore principe uocem nusit? An non ua ad Remp. gerendam è penatibus suis produx, ut in eius uultu omnem mestum meroris notum eadem semper oris seruitas, eadem oculorum alacritas non abeleuerit? Quodq magis mirabamur omnes, nulla temporum illorum iniquitas: nulla quæ à certis hominibus insolentius excitentur mina ac terrores, non modo inuicti animi robur neque debilitarunt, neque fregerunt, sed ne à firmissimo quidem illo, ut quem semper intentam & directam mentem habuit, domesticæ ac publicæ dignitatis retinendæ atque amplificandæ statu, uel latum (quod aiunt) unguem demouere potuerunt. Hæc fuit PAVLO *in omni uitæ parte magnarum uirtutum perpetua comes felicitas. Quid uero, mortis genus quodnam optatius potuit euenire? Quodnam ad explendos omnes huius, de qua nunc loquimur, felicitatis numeros magis appositum? Cuius uitæ exitus aut clarior tranquillus, aut* DEO *atque hominibus potuit sanctius commendari? Vixit ille quandiu uiuere homini optabile esse debeat: atq; aliquanto etiam amplius. Integerrima uero cum adhuc mente & sensibus uteretur, dum illius animi iumentum secundissimo naturæ afflatu adiuuante, è corporis uinculis non conatate se proripuit, sed sine ullo uehementioris motus indicio, tertianum tam quasi pertæsum esset, ad meliorem sedem nono fere mense post sexagesimum & octogesimum ætatis annum subuolauit. Septimus fuit dies post festas atque anniuersarias de corona sua epulas, quo ritu ille solemnior atque hilarior acceperat. Pridie uos illius dei affatus, uos complexus, non longiore quam quatriduana morbo fatigatus, ex hac*

Mortis genus.

hac caduca, & miserabili vita excesſit, vt se ad ſuperos & ad eum in primis, quem ſemper ſanctiſſime coluerat, quemque morbunda tam lingua vteratis appellabat vocibus, IESVM CHRISTVM cœleſtem ſuum, noſtrumque parentem ac dominum pervenisſe, dubitandum nemini prorſus relinquerit. Sed ad clauſulam tandem ſuam perueniat ſuſcepta de PAVLI. III. *Pont. Max. vita, moribus, in Remp. atque omne omnium hominum genus meritis, operibus, actis, ipſo etiam obitu, in quadam ſanè rerum ſummas coacta, longior tamen quam abſolutior, commentatio. Breuitatis enim immodico quodam ſtudio perculti Patres ſingula non pertractam: multa non explicata, et plane excerpſi potius quam expreſſi. Quid enim ego vnica quidem oratione tam magnæ, tamque diuini Principis laudes perſequar, cum his exornandis ac celebrandis nullos futurorum annalium calamos exiſtimem ſuffecturos. Et profecto vt neque aliæ virtutes, neque alia vel corporis, vel animi, vel fortunæ, cum plura tamen multo* PAVLI *vitam illuſtrarunt, ornamenta præducentur: Hæc vero ipſa, quæ tam ſanctum attigi, cum noſtris ac totius Reip. teſtimonijs comprobentur atque agnoſcantur, an non is nobis, qui tantum tam multarum, tamque ingentium laudum cumulum ad Pontificatum attulerit, cum primum Pont. Max. renunciatus eſt, quaſi ſalutare quoddam numen è cœlo delapſus, & ad ætatis noſtræ vitia corrigenda, miſerias removendas, immanemque pericula arcenda ac propulſanda quaſi DEI ipſius manu in terras demiſſus videri potuit? Iure igitur hunc optatiſſimum & fauſtiſſimum de eius creatione nuncium cum ingenti plauſu excepimus, & ad vſitatas illas commu-*

Per oratio in qua inest deploratio, conſolatio, adhortatio.

ne gratulationis significationes, inusitata quadam letitia exulta
mus & efflorumus. Et iure nunc optimo ac sanctissimo paren
te orbati, nouo & uix ferendo ardemus dolore, luctu, squallore
prope ac merore tabescimus. Cuius enim iam nos, cum illo statim
amisso uerrima importunissime tempestatis procella nobis ca-
perit impendere, cuius iam inquam nos consilio & auctoritate
nitemur? Cuius inuicta animi magnitudine sustentabimur? Cuius
fide, facilitate & clementia reuerebimur? Video Patres opti-
mi, uideo, & ut eris oculorumque nostrorum maestitia plane per-
spicio, ad nostram animi aegritudinem leuandam, doloremque
remouendum, eam consolationis rationem maxime obuiam & ho-
minum coetus ingressionibus expositam, parum aut omnino ni-
hil ualere. Erat iam PAVLVS senio confectus: Quo poterat
tandem, si nunc consuluisset, longius etatis procedere? Ac men
te cum esset firmissima ac constantissima, uel unicum si superua-
casset annū, quam praeclaros nos anni fructus laturi fuissemus?
Nam si improbi & nequam principis uel brumalem uitam,
ad euertenda perdendaque omnia nimis multum spacii habuisse
quem populi solent, PAVLO, cuius pontificatu orbis terre sa
lus nitebatur, cur uitae quantam maxime potuit, diuturnitatem
non contigisse, non aegerrime feramus? Ac nostra quidem ipso-
rum, Patres, causa angori nostro uenia dāda est. Immortalitatem
ille humanae, quod fas hominem esse sciebat, nunquam opta-
uit. Quae ut bonis dumtaxat, reliqua uita est consecutus, ut sola ei
esset, cuius uim compotem factum nobis est quid dubitemus, cele-
stis aeternitas expetenda. Beatissimus igitur ille nunc maxime.

Nos eius uirtutis ac ſapientiæ præſidijs orbati, uere in merore, ut iuſtiſſima deploratione uerſemur. Defecit enim, ut magni illi uates, & maximarum calamitatum, ac cladium deploratores dixere, gaudiũ cordis noſtri. uerſus eſt in luctum chorus noſter: Dies feſti noſtri conuerſi ſunt in lamentationem et ploratum. Sed quo tandem deſiderio noſtro modus reperiri, quæ conſolationis ratio inueniri poterit? communia illa quidem ſunt Patres omnibus gentibus, & cuiuſuis ordinis hominum nationibus, ac iam prope nimis uulgata. Suæ cauſa animo angi, hominum eſſe ad ſuam utilitatem omnia referentium: Quæ è uita excedent, à malis uos, à quibus futuram ſibi uacationem, & perpetuam ſecuritatem præſtare non poſſunt, abduci. Eſſe omnibus, qui nati ſint, hoc tanquam ex alienum naturæ diſſoluendum. Ferenda quæ neceſſario contingunt, & ſua præcipue cum maturitate, æquiſſimo animo, non deploranda. Trita uero illa cum casuum hominum ſermonibus, tum in alienigenarum (ut ita dixerim) & noſtratium philoſophorum diſputationibus: Quã mortem uulgo dicimus, ijs, qui ſancte, pieq; uixerint, melioris, ac ueri uitæ ortum eſſe. Sed quam illud ad omnem luctus acerbitatem lenendam accommodatum, quod ille ipſe, unde ſuum fere exorſum oratio mea habuit, Deus, & homo, ille inquam ipſe, qui cunctos mortales, qui ſibi fidem habuiſſent, mortis ut expertes eſſent, per mirificam illam ſui corporis deuotionem effecit, clarus, & auctoritatis plenſſimus uocibus, eos qui nobiſcum eſſe deſierint, lugeri uetat? Dumtaxat ille quidem hoc, ut omnia. Nam ſi pro noxis æternis torquentur cruciatibus, impios luctu dignos ducere, diuinam eſt maieſtatem ledere. Pios uero,

uro, quos dilectos, & caros habuimus, quid sempiterna DEI beneficia, & corporum redintegrationem, quam nobis Christianæ religionis professio certam, & ratam esse iubet, mutemus? Cœlum Patres, cœlo receptam esse PAVLI mentem, pro DEI immensa clementia, proque immaculata vita merito existimamus. Intuetur igitur illinc nos è medio cœlitum choro: Hunc luctum vestrum, has lachrymas supervacaneas, ac nihil omnino ad se pertinere. Vestro tamen eas amori ergà se, & pietati ignoscit atque indulget. Ego quoque ex hoc loco aliquid de eius laudibus agere conantem, nisi per singultus paucis balbutientem, fuga, crudo, miserationi prosequitur. Si quibus oculis in suo super sedentem solio contemplabamini, eisdem nunc aspicere, si quibus auribus gravissimas eius voces, quin verius oracula accipiebatis, è cœlo nunc missa mente auscultare possetis, nihil credibile faciles, quam iussurum eum, ut plorandi & conquerendi primo quoque tempore finem faciatis. Satis quidem certa & expressa vestra erga se officia documenta habiturum: satis pro eo, quanti nos semper fecit, magnam sibi gratiam relaturos si non solum domum eorum suam tueri ut cœpistis, pietate exercitis, ac nepotes hosce in primis tuis, quos ei & quia poposcistis, & quia sui quam similimos fore confidebat, collegas dedit, paterna semores, æquales ut eo fraterna benevolentia fueritis complexi. Sed multo maxime si mentem vestram, vestraque consilia ad eas actiones converteritis, quæ isto vestro Reipub. principatu dignissimæ habeantur: Atq; omnino videritis, ne cum à PETRO primo IESV CHRISTI legato, gubernacula vobis tradita sunt, spoliata, ut posta

inquit, armis, excussa magistro, deficiat nauis tantis surgentibus undis. Ne scilicet repentina hac temporum perturbatione cum magno naufragij periculo usquam impingat. Facile uero, ut opinor, hæc patres efficient, si & PAVLI uitam æmulari unquam desuetus, & proximus de nouo Pont. comitiis, cum PAVLO successore maturè creauerit, qui pastor & ipse optimus ac uigilantissimus, luporum, furum ac latronum insidias arceat, commissosq; fideles, & custodiæ suæ greges non solum tueatur, sed in unicum etiam ouile congregat. Quæ uere, meritoque sua uniuersæ Reip. Christianæ accepturos esse debeat: Quæ magna cum pietate, ac religione sæcularis annus, quod nunc instat, sanctissimum lustrum celebret, suoque condat tempore: Qui postremo à PAVLI. III. uirtute ac sapientia tam prope absit, quam longe PAVLVS ipse, & uterque PAVLI & complurium superiorum Pontificum Maximorum laudes & gloriam superant.

DIXI.

Ego Frater Vincentius Bononiensis Vicarius Sanctissimæ Inquisitionis, approbo præsentem orationem dari impressioni ut catholicam.

Impressa BONONIÆ in officina Ioannis Rubei.
MDLXIII.

ERRATA.

Pag.	7	vers.	2	eum cum
Ibidem	In margine			Cardinalium Catdinalis
Pag.	13	vers.	1	quidem. Sed quidem, sed
Pag.	15	vers.	24	cius eius
Pag.	17	vers.	17	dictionis ditionis
Pag.	19	vers.	5	domum demum
Ibidem		vers.	8	uero eiro
Ibidem		vers.	16	potuerunt patuerunt
Pag.	20	vers.	1	informari. Etiam informari, te
Pag.	21	vers.	8	eum cum (iam
Pag.	22	vers.	5	tecnitur tenuiter
Ibidem		vers.	21	uistior iustior
Ibidem		vers.	24	Si tam Si eam
Pag.	23	vers.	11	uistius iustius
Ibidem		vers.	18	egerrime ægerrime
Pag.	24	vers.	4	abortis obortis
Pag.	27	vers.	12	cum cum
Pag.	28	vers.	7	per paucos perpaucos
Pag.	41	vers.	17	Eccleſię. Cardines Eccleſię Car
Pag.	46	vers.	2	faſti facti (dines
Pag.	50	vers.	21	Epaminundam Epaminòdam
Pag.	52	vers.	20	compræbenſus compræbenſas
Pag.	59	vers.	24	agnaſcere agnaſci
Pag.	61	vers.	2	ſæcuritas ſecuritas
Pag.	65	vers.	15	nos, cum nos cum
Pag.	66	vers.	26	poeni Poeni
Pag.	73	vers.	3	ob hoc ab hoc

5851293